tione oppilationis nō penetrant ad mē-
bꝛa. Itē cōgelatus manet in eodem ſitu:
apoplēicus vero nō. Item in apoplēia mē
bꝛa ſunt relaxata ⁊ mollificata: in cōge
latione vero cōtracta ⁊ rigida quare ⁊c.
Accedēdo ad eius curā nota ꝙ nō de-
bet in hac paſſione appꝛoximari acetum
qꝛ maxime eſt exiccatiuū ⁊ hec egritudo
indiget humectatione cū tēperata calidi
tate: ideo pꝛecedētibus diuerſionibꝰ dn̄t
adminiſtrari reſoluētia iſtam materiā ex
quibus vſualia ſunt hec pꝛimo oleū ſam
bacinum ⁊ eſt oleū de ſiſamino inungen
do caput ex eo. ⁊ hoc remedium laudat
Raſis in littera eſt em̄ huiuſmodi oleū tē
perate caliditatis cū aliquali humidita-
te: ponit aūt in vna quaqꝫ lib. iſtius olei.
ℨ. j. euſo. ⁊ fit foꝛte reſolutiuū. Aduertēdū
tamen eſt ne a pꝛinci. nimis exiccemus ne
fiat paucoꝛum ſpirituū qui ſunt in coꝛde
totalis reſolutio ⁊ ex cōſequēti extinctio.
ſed ꝓcedere debemus gradatim apponē
do pānos cal. ⁊ anodina vt ſunt mellilo
tū ⁊ camomilla faciēdo ex ipſis deco. ex
quibus fiant fomentationes et fomētan
do ex decoctione vini cuȝ ſaluia maioꝛa
na ſticados ⁊ reliquarū herbarū capita-
liū. cōuenit etiā oleū de lilio qđ habet ꝓ
pꝛietatē viuificādi caloꝛē naturalē ⁊ cuȝ
hoc habȝ virtutē tiriacal. etiā oleū de ſpi
ca de ruta de euforbio. Si magis calefa
cere volumus conuenit potus vini opti-
mi aromatici vt eſſet vinum dictum mal
uaſia. ⁊ cum tali remedio dicit Gal. ter-
tio de ſimplici medicina diſtinctione ſecū
da cap. ſecundo ſe curaſſe congelatum.
eſt enim tale vinum apud ipſum appella
tum liſtos. vinum enim huiuſmodi aro-
maticum virtutem habet viuificandi vt
dicit Auicenna ſexta quarti cap. de vene
noſitate ex medicinis fri. Curam hanc ꝑ
fectius habebis. c. de melancolia. vbi po
nentur medicina ⁊ remedia ad humoꝛeȝ
melancolicum quare ⁊c.

Cura paraleſis.

Quinque ſunt intentiones in
hac cura. pꝛima debita regi-
minis adminiſtratio. ſecun-
da digeſtio hu. flegmatici ter
tia euacuatio. quarta diuer-
ſio. quinta reſolutio materie remanētis ⁊
confoꝛtatio membꝛoꝛum egroꝛum.
Pꝛima intentio cōpletur vt. 6. res nō
naturales conuertantur ad contrarium
egritudinis. debet enim regimen eſſe cal.
⁊ ſic. cuȝ cauſa ſit flegmatica. Debet em̄
pꝛimo aer alterari ⁊ diſponi vt declinet
ad calidum ⁊ ſic. ſuffumigando came

ram cum gal.thure ⁊ aliȷ̃s calefa. obſer
uando tamen ne a prin.nimis calefacie-
mus maxime hu.exiſtentibus in fluxu ⁊
motu ne per apertionē viarū ex nimia ca
lefactione magis fluat de materia. In ci
bo vero ⁊ potu debent vitari acetoſa ci-
baria ⁊ fri.⁊ hu.⁊ debēt eligi cali.⁊ſic cō
ueniunt ergo aſſata ⁊ frixa ꝓpter eorum
ſiccitatem.carnes etiā que ex natura ſua
ſicce ſunt vt paruarū auium ⁊ ꝑdicis ⁊c.
¶ Scḋa intētio cōpletur ꝑ ea que habēt
digerere hu.flegmaticū. Aduertēdus tñ
cañ.eſt Aui.ne nimis preparemus cū for
tibus digeſtiuis nimiū calefaciētibus:et
hoc vſq₃ ad quartā diē ſed eſt gradatim
procedendū a debilioribus ad fortiora.
verbigratia a prin.debem⁹ ꝓcedere cum
melle ro.colato tm̄:poſtea aſcendere ad
ſiru.de ſticados dando de ipſo cū melle
ro.poſtea factis euacuationibus multis
deuenire ad ſiru.de ſticados ſolū. qꝛ eſt
multū calefactiuus ⁊capitalis ⁊ eſt in cō
muni vſu.faciemus ergo a prin.huiuſmo
di ſirupū. ℞.mellis ro.co.℥.ſ. ſ.aquarū
ſaluie ⁊ betonice.ana.℥.ſ.ß.miſce.⁊ iſtū
cōtinuabim⁹ per ſex dies vel circa vſque-
quo ſit facta aliqualis digeſtio.mel enim
ro.facit digeſtionē ⁊ confortationem. Fa
ctis aūt trib⁹ vel quattuor euacuationi-
bus poſſumus tranſire ad ſiru.de ſtica-
dos ſolum conuenit etiā oximel ſolū vel
cū ſiru.mellino ad retificationem aceti.
Cū enim eſt flegma viſcoſum competit
acetum.verū quātū poſſibile eſt vitari de
bent acetoſa.acetum enim nocet neruis
vt habet Aui.c.de cura vniuerſali cura-
tionis neruorum fen.ſecunda tertiȷ̃.
¶ Tertia intentio cōplet̄ per ea que eua-
cuāt materiā flegmaticā in qua intētiōe
obſeruādus eſt cañ. Auicē.ꝙ in prin. hu
ius egritudinis non eſt ꝓcedendū cū for
tibus ſolutiuis ſicut etiā dictū ē de ſiru.
digeſtiuis. Uſualia ſolutiua ī forma pil-
lulari que magis conueniūt ſunt vt a le-
nibus incipiam⁹ pillule de hiera ſim. de
hiera cōpoſita elefangine aſſaieret. Aui.
in.c.illo. Cum materiā.deſcripte pillule
maſticine deſcripte a Conciliato.in addi
tionibus Meſ.c.de indigeſtione ſtoma-
chi.elefangine euacuant a capite. ⁊ iſtis
poſſum⁹addere de agar.tro.vel per ſe da
re vel dare de ipſis mixtis adinuicem.
agar.valet mirabiliter in egritudinibus
neruorū exhibendo de iſtis.ʒ.ß.elefangi-
narū.ʒ.ß.agar.vel ana.℈.ij.ſm̄ infirmi tol
lerantiā.pillule aſſaieret in quib⁹ ingre
diuntur mirabolani ſunt in cōmuni pra
ctica ⁊ euacuant cū conſtrictione ⁊ cōfor
tatione.pillule etiā fetide quib⁹ practici
cōmuniter vtuntur ſunt multū vtiles nō
ſunt aūt deſcripte a Raſi ſed ſm̄.d.Meſ.
in antidotario ⁊ tenētur cōfecte:ſunt eñ
leuiores illis Raſis.pillule etiā cochie
deſcripte a raſi in.c.de ſoda conueniunt.
damus enim quandoq₃ pillulas fetidas
cū cochijs:q̄nq₃ alteras ipſarū de per ſe.
euacuāt eñ a capite.doſis eſt vſq₃ ad. ℈.
ij.reducendo ad formā quinq₃ vel ſeptē
pillularū ſm̄ beneplacitū.pillule etiā de
ſerapino multū iuuāt quod ē gūmi quod
dā etiā de euforbio de oppoponaco. iſte
tamen ſunt multū fortes ideo ad eas nō
ſemper aſcendimus.debēt autē ſolutiua
dari in his paſſionib⁹ in forma pillulari
qꝛ materie ſunt diſtantes a vȷ̃s ductuū
ideo oportet vt ſolutiua ſint talia ꝙ lon-
gam moram trahant in ſtomacho qua-
les ſunt pillule.longo enim tempore mo
rantur antequā diſſoluantur.
¶ Quarta intentio cōpletur per ea ꝙ ꝓ-
hibent materias fluere a cerebro ad nu-
chā trahēdo ad alias regiones.et in hac
intētiōe laudant̄ ſternutatoria cliſteria ⁊
maſticatoria ſ3 ſternutatoria ⁊ maſticato
ria non dentur a prīn.ſed poſt euacuatio
nes plurimas.fit autē ſternutatio ꝑ inie-
ctionē elebori vel condiſi ad nares.maſti
catoria cum maſtice retento in ore et ma
ſticato liquefacit enim ⁊ reſoluit flegma
et facit ipſum declinare ad viam oris.
¶ Quinta intentio que eſt reſolutio reſi
dui remanētis ⁊ confortatio completur
per interius ⁊ ꝑ exteri⁹ applicata. In ex-
terius applicatis dꝫ obſeruari cañ. Gal.
tertio interiorum vbi recitat hiſtoriā de
vno quē curauit.paraliticatus enim erat
in digitis manus ex caſu a mula vnde il
le appoſuit digitis leſis emplaſtrū cali.
tamē nō iuuabat̄ eo. Gal.aūt idē empla-
ſtrū poſuit ſuper locum ſuper quē cecide
rat ⁊ breui tēpore ſanat⁹ eſt:qꝛ ex illo lo-
co oriebatur neruus digito adueniēs ꝙ

ex dolore attracta materia oppilatus eſt
⁊ ideo ſpūs ad manum pertranſire non
poterant. debet ergo origo attendi. Se⸗
cundus cañ. Aui. ꝙ cū calefa. debent per
miſceri aliqua infri. vel temporata vt ſuc
cus liquiritie ⁊ endiuie. Tertius cañ. ꝙ i
reſolutiuis debet fieri proceſſus a debili
bus ad fortia. a prin. enim adminiſtrabi
mus reſoluēdo talia que ſunt oleū camo
mille poſtea de ſpica. poſtea factis eua⸗
cuationibus dabimus oleū de coſto oleū
etiam de terbentina quod deſcribitur a
Meſ. in antidotario. oleum etiam pbor
Meſ. oleum vulpinū quod etiam multū
commendatur ab Aui. ij. cañ. Et hic eſt
modus eius vt accipiat̄ vulpis viua ⁊ di
mittat̄ in oleo bulliēti ⁊ tandiu decoqua
tur quouſqꝫ ſeparentur oſſa a carne ⁊ tūc
exprimatur ⁊ coletur: oleū illud multum
valet in paſſionibus neruorum. Item
aqua vite eſt multū appropriata. Itē ac⸗
cipiantur vermes terreſtres ⁊ ponantur
in olla deinde ponant̄ in furno ⁊ ibi exic
centur intantū vt poſſint puluerizari po
ſtea capiatur galāge. ʒ. iij. piperis. ʒ. iij.
⁊ cuʒ tribus libris mellis diſpumati fiat
vnguētū vel emplaſtrū. vʒ enim mirabil'r
in paſſionibus neruoruʒ ⁊ eſt a me exper
tum. Item ſuccus hiereos valet multuʒ
ad reſoluendum. Item emplaſtrū de ſi⸗
napi. Meſ. etiam caſtoreum. Et eſt notā
dū in his fortibus emplaſtris ne multuʒ
dimittantur morari ſuper loco q2 cōbu⸗
rerent ⁊ apoſtemarēt. ⁊ Aui. dat moduʒ
in littera ad cognoſcendū cum ſatis mo
ram contraxerint. Cōferunt etiā ad ean
dem intentionem balnea ſulfurea nitro⸗
ſa. ſimiliter lutum balneorum iam dicto
rum eſt ſingulariſſimū: ⁊ iſta omnia ſunt
de exterius applicatis. De interius aūt
applicatis ſunt vt oleum diacori Meſ.
deſcriptum. c. de paraleſi. dando ſingu⸗
la die. ʒ. ij. Conuenit etiam acorus condi
tus quem laudat maxime Auicē. ſimili⸗
ter acorus nutritus qui a Meſ. vocatur
hueg. ⁊ de iſtis non pertranſiē. ʒ. i. cōtra
illos qui dant coclearium vnum ⁊ ſemel
in hebdomada. etiam conuenit tiriaca vt
dicit Auicē. in. c. de ſoda flegmatica. etiā
diamuſcus dul. ⁊ amarus dando. ʒ. i. ſti
cados etiam multū prodeſt calefaciendo
⁊ exiccādo cerebrum hyere auſ. i. piperis
auſ. ij. omnia enim iſta calefaciunt exic⸗
cant ⁊ reſoluunt. ¶ Nota ꝙ eſt quedam
herba que dicitur iua que ſʒ Simo. iañ.
eſt camepiteos ſpecies. multum vʒ in paſ
ſionibus neruoruʒ ⁊ ſciatica. Meſue ap
pellat eam ziniam ⁊ a Nicolo exponi⸗
tur ꝙ eſt iua etiam ab Antonio guayne
rio ⁊ ego expertus ſum in quodam iuue⸗
ne Reuerendi domi. Prothonotarij de
ſcipiono. vʒ enim multum ſm omneʒ mo
dum adminiſtrationis eius quare ⁊c.

¶ Cura torture oris ⁊ faciei.

In hac cura ſunt q̄nqꝫ prin⸗
cipales intentiones. prima
eſt debitum regimen. ſecun⸗
da digeſtio tertia euacuatio
quarta diuerſio. quinta reſo
lutio cauſe coniuncte.

¶ Prima intentio completur per ea que
ſunt cal. ⁊ ſic. debet enim regimen eſſe ca
li. ⁊ ſic. diuerſimode tamen: q2 a princi⸗
pio non debet eſſe nimis cali. ⁊ ſic. debet
etiā eger ſituari in loco obſcuro. Dieta a
principio debet eſſe ſubtilis ⁊ precipue
vſqꝫ ad quartā quintaʒ vel decimā quar
tam diem. ¶ Nota etiam ꝙ lʒ regimen
debeat eſſe cali. ⁊ ſic. tamē oportet ꝙ iſte
res nō ſint difficilis digeſtionis nec ſtip.
cum intendamus lenire ven. ⁊ ꝓpter hoc
Auicē. vituperat pullos columbarum ⁊
paſtam factam cum melle.

¶ Scōa intentio eſt digō: vn̄ debemus
ꝯſiderare materiā cū vt plm̄ ſit flegmati
ca ⁊ debemus a principio ꝓcedere cum
leuioribus. vnde ſimus cōtenti ſolū mel
le ro. Facta autem aliquali minoratione
poſſumus addere ſiru. de ſticados. fit er
go ſic. ℞. mellis ro. col. ʒ. ſ. ſ. aque beto
nice vel iſopi vel maiorane. ʒ. iij. miſce.

¶ Tertia intētio eſt euacuatio vn̄ cura re
gulari nō debemus a princi. exhibere for
tia euacuantia ſʒ cura coacta ſic q2 forte
timemus maiora nocumēta vt apopleſiā
vel epilenſiā. Si ergo materia videat̄ di
geſta a prin. dabimus pillulas maſtici⸗
nas vel elefanginas vel aſſaieret ⁊ aga.
tro. poſtea ſi paſſio nō ſit totalr̄ ablata
iterum debemus dare digeſtiua poſtea
fortiter euacuatiua ſicut pillulas feti⸗
das cochias. Si autē eſſet materia mix⸗

ta cum ſanguine debemus facere a prin
ci. flobotomiam.
Quarta intentio eſt diuerſio in qua con
ueniunt cliſteria ſuppoſitoria fricatiões
retẽtio extremitatũ in aqua cali. vbi ſint
decocte res cali. vt maiorana calamentũ
origanum pulegium. Conferunt etiam
gargariſmata ex ſinapi ⁊ ſiru. acetoſo. cõ
ferunt maſticatorio vt maſtix multũ con
fert euacuat enim materiã a capite etiã
cum liquoribus qui per nares attrahun
tur vt trahere aquam auricule muris p
nares aut loco eius aquã maiorane vel
etiam qđ maxime confert aquam blitis
iſta maxime cõferũt ⁊ hoc poſt euacuatio
nes ne humores agitent̃ ⁊ fluant.
¶Quinta intentio ⁊ vltima eſt reſolutio
cauſe coniuncte que complet̃ p interius
⁊ exterius applicata. Per interius dñt
exhiberi calefacientia maxime cõferunt
res calefacientes vt acori conditi confe
ctio diacori tiriaca diamuſc⁹ dul. ⁊ ama
rus. Doſis ℥. ȝ. ij. diacori aut acori ꝯditi
vſqȝ ad. ȝ iiij. poſſum⁹ exhibere. nux mu
ſcata retẽta in ore eſt maxime cõueniẽs ⁊
vſualis vel dimidiũ ei⁹ etiã radix acori cõ
diti. Per exterius applicata cõueniunt
inunctiones vt inunctio cũ oleo vulpino
de coſto ⁊ hec maxime conueniunt vapo
rationes ex aceto ſimul cum rebus cale
facientibus vt calefaciendo ſimul cum
aceto ſaluiam maioranam ⁊ calefacere.
ponendo etiam lapillos ignitos in tali
decoctione ⁊ facere aſcẽdere fumum ad
partes faciei ⁊ capitis ⁊ inuoluere caput
ex pannis vt totus fumus in capite reci
piatur. Etiam ad reſoluendum conferũt
carnes elixate ſilueſtres poſite ſupra ca
put vt gazellaruȝ ⁊ alie quas ponit Aui
cen. ca. proprio minutim inciſe ⁊ ſup tor
turam poſite ⁊ in illis ponatur regula
ignita ſupra locuȝ ſimiliter quod eſt ma
ximi ⁊ proficui iuuamenti ponere confe
ctionem anacardinam ſupra locum le
ſum ad modum emplaſtri. ⁊ hoc expert⁹
ſum etiam interius aſſumere. ⁊ eis adhi
bere ſpeculum ex calibe factum vt videãt
ſuam difformitatem ⁊ conentur ⁊ inge
nientur vt ad ſitum reducãtur: quare ⁊c.

¶Cura ſpaſmi.

PRo cura huius egritudinis
⁊ maxime repletionalis q̃
frequentius contingentis p
uenientis a materia flegmati
ca primo ſex intẽtiones ſunt
obſeruande. prima debita regiminis ad
miniſtratio. ſecunda digõ materie ſpaſ
mũ faciẽtis. tertia euõ. q̃rta diuerſio. q̃n
ta reſolutio. ſexta accidentiũ correctio.
¶Pro prima intẽtione debemus aduer
tere ſicut primo notatum eſt in. c. de cura
paraleſis q̄ regimẽ dȝ ẽe cali. ⁊ ſic. vtẽ et
alias res nõ naturales ad cali. ⁊ ſic. pre
parare preparando etiã cibaria ⁊ aereȝ.
¶Secunda intẽtio eſt digeſtio ⁊ dñt di
geſtiua cal. ⁊ ſic. applicari ⁊ cañ. ſupra
poſitũ. c. de paraleſi nõ omittere q̄ for
tia digeſtiua vſqȝ ad. 4. 5. vel. 14. diem
approximari non dñt. Unũ tñ nota cañ.
q̄ ſemper primo digerimus q̃ euamus
lȝ aliqñ primo euamus: q: aliqñ ſunt
in ſpaſmo ſeuiſſima accidentia quia in
tenſus dolor rõne cuius virtus maxime
proſternit̃. ideo ſi prius intẽderemus di
gõni dum digereremus materiã infirm⁹
periret: q: virtus deficeret. iõ cũ medicus
videt ſeuiſſima accidẽtia dȝ primo euã
re ⁊ nõ expectare digeſtonẽ hoc ergo qđ
eſt a prin. cũ euantibus ꝓcedere vel non
relinquitur iudicio eſtimatiuo medici ſȝ
q̄ videt virtutẽ melius vel deterius pa
ti accidẽtia. ⁊ talia digeſtiua ſunt ſupra
cõmemorata. ſ. mel ro. cũ ſiru. deſiccãdo
cũ aqua iſopi maiorane ſaluie foliorum
lauri abrotani ⁊c.
¶Tertia intẽtio eſt euacuatio ⁊ aliqñ a
prin. fienda eſt. ſȝ vbi egritudo det indu
cias ⁊ regulr̃ ꝓcedẽdo debem⁹ ꝑmo dige
rere. ⁊ euãtiua cõia ⁊ vſualia ſũt pillule
fetide ⁊ cochie. Si fortia velim⁹ ſunt pil
lule de ſerapino ⁊ de opoponaco. ſȝ iſta
nõ vſitant̃: q: virt⁹ eſt debilis ꝓpter ſeua
accidẽtia. Si patiẽs vellet accipe medicĩ
nã liq̃dã vt iſuſ. agar̃. vel diſſoluere aga.
tro. cũ aliq̃aq̃ appropriata ⁊ capitali dia
fenicõ eſm indũ diſſolue cũ. d. reſpiciẽte
caput vt ſal. maio. radicũ acori. dirigũt
eſm virtutẽ medicinaꝫ ad caput ⁊ neruos
¶Quarta intentio eſt diuerſio que com
plet̃ cũ fricationibus ad partes inferio
res ⁊ ignobiles et facere cliſteria cum. d.

rerum maxima ca ſtalium. etiam facere
maſticatoria ſternp atoria. et hoc prece-
dente digeſtione. ut
¶ Quinta intentio eſt reſolutio ⁊ exicca.
factis diuerſionibus ⁊ euacuationibus
poſtea ad localia eſt deuenieñ. habendo
reſpectū ad materiā ſub forma cauſe con
iuncte vt eā trahamꝰ a neruis in qua in-
tentione cōpetūt inūctiones ſupradicte
vt cuz oleo de lilio de quo dicit Aui. qđ
adhibeatur ſi non fuerit feb. timens ius
nimiā calefa. iđ a fortiter calefacientibꝰ
abſtinēdū eſt. conferunt etiā oleū vulpi-
num ⁊ coſtinum. ⁊ vt membrū patiens te
neatur in tali oleo confert valde. Simi
liter inunctiones cū vnguētis. ⁊ ſingul
tum eſt vnguentū de bdellio ⁊ erat ſecre
tum clariſſimi doctoris magiſtri Jo. gi-
ringelli cōfert enim maximū iuuamētuz
in ſpaſmo. Similiter pelles luporū noui
ter excorticatoꝝ maxime cū actuali ſua
caliditate inuoluēdo membrum ſpaſma
tū. Similiter ponātur catuli ad bullien
dū in oleo vel vino vel aqua ⁊ in tali de-
coctione retineat̄ mēbrū ſpaſmatū. Silr
experimētū egregiū qđ refert Nicolaus
flo. de mēte Thadei qđ facit ad reſolu-
tionē ⁊ remiſſionē doloris. Accipiat̄ an-
ſer pinguis ⁊ euiſceret̄ poſtea capiatur
gattus minutim inciſus ⁊ ponatur in vē
tre anſeris cū lardōe mirra ⁊ thure: dein
de ſuatur venter anſeris ⁊ ponatur ad co
quēdū in veru ⁊ ſupponat̄ vas aceto al-
bo mediū quādo vera pīguedo liquefiet
ab anſere ꝓpter decoctionem ⁊ non a pri
cipio: cum primus ſuccus egreditur qꝛ ta
lis parū eſt iuuatiuus: deinde capiatur
talis pinguedo ſupernatās aceto ⁊ reſer
uetur in vaſe alio poſtea capiatur anſer
⁊ bulliat in dicto aceto ⁊ maxima pīgue
do ſeparabitur ab anſere ⁊ aceto ſuper-
natabit ⁊ talis ſeparet̄ ⁊ miſceatur cum
prima ⁊ ex illa vngat̄ membrū ſpaſma-
tum: ⁊ ea vſus ſum in pluribus patienti
bus ſpaſmū ⁊ hoc i hoſpitali ⁊ maxime
fuit vnus qui habebat ſpaſmū ita fortiſ-
ſimum ꝙ vertix vſqꝫ ad anchas verteba
tur cui fuit cum iſta pinguedine ſuccur-
ſum ⁊ euaſit. Conueniūt etiā ventoſe ſuꝑ
locū ſpaſmatum poſite ſine ſcarificatio-
ne ſi ſpaſmus eſt debilis, ſed ſi eſt fortis

cum ſcarificatione: qꝛ ex eo ꝙ multa ma
teria attrahitur ſi non ſcarificaretur cau
ſaretur apoſtema. ⁊ iđ dicit Aui. cum eſt
magnus dolor ſi non ſcarificamꝰ in po-
nendo ventoſas ē mortale. Similiter cō-
ueniunt ſubmerſiones in aq̄ fri. curant
multotiens ꝑ accidens: qꝛ tracto calore
ad interiora fortificatur calor ⁊ per con
ſequens velocior fit reſolutio materie re
manentis. Similiter conuenit in hac cu
ra prouocare feb. vt precipit Aui. Et dz
talis feb. eſſe effimera ⁊ de illa intelligit
Aui. quia ſi putrida induceretur putre-
ſcerent multi mali hūores in corꝑe exiſtē
tes ⁊ cauſarent feb. peiorem. Ego autem
hoc nondū feci nec vidi aliquē feciſſe: qꝛ
eſt timoroſuz quia neſcimus ad quā feb.
deueniat: etiā quia aduenīēte forte perit
⁊ tunc incurrit medicus infamiā ab aſtā
tibus credentibꝰ medicū eum occidiſſe. ta
men qꝛ tꝑe Aui. hoīes erāt tēperatiores
in vita ⁊ mō viuendi: ideo in illorum cor
poribus non ita generabant̄ hu. cuz ꝑce
viuerent: ideo ſi feb. adueniebat in pluri-
bus erat effimera. iſto vero tempore quia
hoīes ſunt guloſi ⁊ pleni malis humori-
bus: ideo non fit. Balnea etiā multum
laudantur ⁊ naturalia vt ſulfurea ſalſa
aluminoſa ⁊ artificialia: vnde competit
facere decoctionē ex camomilla maiora-
na ſaluia beto. roſmarino abrotano aut
ex omnibus iſtis ſimul vel aliquibus eo
rum ⁊ ponere egruz ſuꝑ peluim illius de
coctionis. Et vz ponere lapides ignitos ⁊
fumus qui virtute ſua eſt exiccatiuꝰ exic-
cat materiā ⁊ cū lintheamine cooperiat̄
corpus totum ⁊ caput ne fumus egredia
tur. Et medicine ⁊ confectiones per inte
rius calefaciētes ſine electuaria reſoluē-
tia maxime iuuant. Et vſualia ſunt dia-
corus acorus conditus diamuſcus dul.
et amarus. ⁊ de iſtis omni die exhibere
ad quātitatē duarū. ʒ. vel etiā de fortibꝰ
calefacientibꝰ vt tiriaca metridatum et
exhibere ſemel in hebdomada. vz etiam
confectio anacardina ſi vellemus feb. ꝓ-
uocare oppoponacū ⁊ caſtoreū que lau-
dat Aui. eſſe ſumenda poſt cibū: ex eo qꝛ
cū non ſint fortiter reſoluentia ⁊ calefa-
ſi ante cibum acciperētur ſua actuali nō
refracta cali. epar penetrarent ⁊ eū maxi

me lederent ſed cum poſt cibum exhiben
tur obtunditur eorum fortitudo a cibo.
¶ Sexta ⁊ vltima intentio eſt acciden-
tiuʒ ⁊ remotio ⁊ eſt maxime dolor remo
uendus cum in talibus ſit aliquando in
tenſiſſimus cum maximis laboribus cō
iunctus: ⁊ tunc maxime virtus proſterni
tur ita vt fateor vidiſſe quoſdā in hoſpi
tali de quibus maxime miſerēdum erat:
ita clamabant incuruantes ſe a vertice
ad lumbos propter malum motum ſpaſ
mum. ⁊ iſti ſemper debēt ſtare in balneo
ſed non multū ne virtus laxetur ⁊ reſol-
uatur. ⁊ ita ſubito practici iſtis occurren
tes ſuccurrunt accidenti iſti. ſcʒ dolori ⁊
faciunt ei balneū ex oleo cōmuni cum de
coctione vermium terreſtriū vel ſine. ſed
primum eſt ſingulariſſimū ⁊ ſtent in illo
oleo tepido vel actu cali. ⁊ poſtmodū ac
cipere vermes terreſtres ⁊ contendere ⁊
ſupra locum emplaſtrum apponere ex ip
ſis. etiam oleum vulpinum ſit ex oleo ta
li balneū ſi diues eſt ⁊ ſi eſt pauper face-
re decoctionem ex oleo camomillino ex
ſemine lini ⁊ fenugreci maluarū matruʒ
violaꝝ ⁊c. ⁊ ita ſtent in tali balneo actu
cal. Et ita feci primum balneū ex oleo cō
muni ſimul cum vermibus ⁊ ex oleo vul
pino clariſſimo viro magiſtro Ceſari lā-
dulpho cum pateretur motum ſpaſmum
in coxis ⁊ cruribus: ⁊ cum ſibi. aduenie-
bat dolor ita faciebat ⁊ ſtabat parū. Ite
rum in lecto reponebatur ⁊ dolor ille ⁊
contractio ceſſabat. Similiter accipere
caput ⁊ inteſtina caſtratorum ⁊ ex eis fa
cere decoctionem eſt multum conueniēs
ſedatiuum doloris. Si autem talis ſpaſ
mus ſit a materia ſanguinea debem⁹ in-
cipere a flo. in qua ponit Auicen. cañ. nō
eſſe extrahendum totum ſan. qui eſt ne-
ceſſarius extrahi vt ſi vna lib. ſan. pecca
ret nō eſt tota euacuanda: qꝛ virtus de-
ſtrueretur: ideo melius eſt multiplicare
vices etiam vt virtus poſſit malo accidē
ti reſiſtere. Si autem proueniat ab hu-
mo. colerico vel melancolico fiat etiam
eodem mō ſicut ſupradictum eſt. ſ. diri-
gendo poſtea euacuādo cū ſiru. ⁊ medici
ni cōuenientibus de quibus ſupradictū
eſt. Si a ventoſitate veniat cito tranſit ⁊
vulgo vocatur ranfo: tunc calefacimus
cum pannis cali. ⁊ inunctione ⁊ fricatio
ne reſoluitur. Si ex inanitione proue-
niat curandus eſt cum rebus humectan
tib⁹ ſiue cibis ſiue medicinis. brodia pin
guia adhibeātur: cōtuſum ex carnib⁹ op
timis vinum limphatū. ⁊ hoc in fine qꝛ
in principio facit materias in neruos pe
netrare. balneum tepidum ⁊ humectati
uum ei multū conuenit ex capitibus ⁊ in
teſtinis caſtratorū ⁊ poſt exitū balnei ꝓce
pit Aui. in preſenti cura vt inungātur lo
ca balneata vt cum oleo roſa. qꝛ ſua vir-
tute ſtip. prohibet ne humiditas actua-
lis exalet ſimiliter ex oleo cucurbitino vt
dicit Auicen. facere etiaʒ balneū ex aliis
oleis ab Auicen. deſcriptis. ⁊ poſtmo-
dum etiam inūgere ex oleo roſ. quia ſua
virtute ſtip. retinet confortat ⁊ cōſeruat
actualem humiditatem aliorum oleorū
Si autem ſit a punctura aliquoruʒ aīa
lium venenoſorum extrahatur humidi-
tas venenoſa a loco puncture: per hoc
experimentuʒ. capiatur. gallus vel galli
na ⁊ ano eius depilato bene loco pūctu
re ſuperponatur: ⁊ quia continue anus
eius ſugit: ſuget totum venenum in tali
loco exiſtent. Secundum remedium qd
quidam pro maximo habebat ſecreto.
Capiatur ſcabioſa ⁊ contundatur ⁊ cuʒ
vitello oui reducatur ad modum empla
ſtri ⁊ attrahi totum venenum in loco pū
cture exiſtens. Ideo quidam tempore pe
ſtis pro maximo ſecreto habebat ſcabio
ſam ſuprapoſitam bubonibus tempore
peſtis apparentibus. Et in tali punctu-
ra optimum emplaſtrum attractiuuʒ eſt
factuʒ ex cepe cocto vel non cocto ſupra
poſito ⁊ etiam eius ſuccus attrahit eſſi
omnem humiditatem. Etiā ponere ven-
toſas ſupra locum puncture vel morſus
⁊ applicant cum ſcarificatione. ⁊ iſtis vē
toſis maxime cirurgici vtuntur quando
infirmo decurrunt venenato. Quidā di
cunt tiriacam ſupra locum emplaſtratā
maxime cōferre: ſed de iſto dubitat Gen.
qꝛ videt ꝙ ſit peſſima qꝛ de natura tiria
ce ē venenū expellere ergo venenū magis
ꝓfundabit ꝑ ei⁹ appoſitiōem ꝙ̄ extrahe
tur. tamen quinto cañ. vbi diſputat hāc
materiam tenet ꝙ ſic quia cōuenit ⁊ ibi
reſpondet ad hoc argumentum. Si aūt

accidat propter puncturam ex ferro acu
to ſuper quo vide qõnem. G.quam facit
⁊ de cauſis ſpaſmi an ſit mortaľ in qua
nos debemus primo intendere vt locus
vulneratus ſit apertus vt poſſit materia
tranſpirare. Et ſi eſſet ſtrictus cum ferro
aperiatur ne materia ſiue hũiditas pro-
pter ſtricturã retineať ⁊ ibi putreſiat ⁊
ponitur ibi vnguentũ exiccatiuum ⁊ cor
roſiuũ vt vnguentũ apoſtolorꝝ ⁊ fortius
vnguentũ baſilicon. Sed quia aliqñ in
tenſiſſimus eſt dolor ideo ꝓ mitigatio-
ne doloris nota tria. Primũ eſt glutinũ
albotin.i.terbentina: eſt eñ ſingularis
ad ſedañ. dolorez mixta cũ oleo ro. ⁊ ad
neruoſorũ membrorum dolorem auferẽ
dum: eſt multũ bona quã expertus ſum
in filio comitis Guidonis torelli qui ce-
ciderat a loco alto ⁊ ſtetit ꝑ tres horas
ſine operatione ſenſuum; poſtea ex illo
caſu facta eſt in capite contuſio ⁊ leſus
fuit neruus auris vnde intẽſiſſimum do
lorem auris patiebatur: tandem appli-
caui de iſta terbentina cum oleo ro. ⁊ ceſ
ſauit dolor. Secũdum quo practici ma-
xime vtũtur eſt capere vermes terreſtres
ponere ad bulliendum in oleo poſtea ex
dicto oleo facere balneum ſupra locũ do
loroſum ⁊ ex vermibus facere emplaſtrũ
⁊ mitigat dolorem. Tertium eſt maxime
vſuale ſcilicet panis infuſus in lacte po-
ſtea ſuper locũ doloris in forma empla-
ſtri ſuperponatur. Quartum in caſu de-
ſperationis venimus ad ſtupefacientia
vbi alia non valent. ⁊ ponimus panem
cũ.d. papaueris albi vľ. ʒ.ij. opij miſcere
cũ pane ⁊ apponere loco dolenti q̃re ⁊c.

¶ Cura epilenſie.

IN cura hm̃oi egritudinis
duplici regimine procedimꝰ
ſ. preſeruatiuo ⁊ curatiuo.
Primum regimen debetur
corporibus que non incur-
runt epilenſiam ſed parata ſunt ad hoc
qualia ſunt puerorum corpora qui facili
ter cadunt in hãc egritudinem: vnde ma
ter puerorum dicta eſt hec egritudo. Se
cundum regimen debetur corporibus iã
egrotantibus hac egritudine ⁊ tale regi
men eſt duplex. quoddam eſt quod con-
uenit tempore quietis, aliud quod con-
uenit tempore paroxyſmi.

¶ In regimine ꝑſeruatiuo vt dicit Nico
laus de monte galuanij debet puer no
uiter natus anteq̃ꝫ ſugat lac iſto regimi
ne regi vt detur infanti hoc elꝫm. Re. zu.
albi puriſſimi. ʒ.iij. olei ſiſamini. q.s. ad
diſſoluendum zuccarum vel olei amig.
dul. ⁊ adminiſtretnr ad modum electua
rij quando a ſomno ſurrexerit. abſtergit
enim malas humiditates in ſtõ ⁊ in inte
ſtinis puerorum exiſtentes a quibus ele
uantur mali vapores qui ad cerebrũ per
ueniens faciunt epilẽſiam. ⁊ obſtetrices
conſueuerunt ponere loco olei butiri re
centis. q.s. ⁊ hoc eſt ſatis rationi confor
me. poſtea coclearium vnum ſiru. de cico
rea adibeať omni die ſine aliqua aqua.
deinde quando incipiunt ambulare ad
hibeatur ſiru. de cycorea cum vrina pro
pria. ⁊ recitat Nicolaus ꝙ ipſe curauit
filios nobilis viri cuiuſdam qui omnes
moriebantur ex epilenſia. Quedã a pro
prietate remouent epilenſiam vel eã pro
hibent ſcilicet peonia ſcd̃m omnem mo-
dum adminiſtrationis eius etiam ſuſpẽ
ſa collo ⁊ debet iſto modo parari. Acci-
piantur radices peonie ⁊ incidantur ſe-
cundũ latuꝫ ⁊ fiat corona ⁊ collo ſuſpen
datur etiam lapis ſmeraldus ⁊ coralus
ſuſpenſus ſicut etiam nũc moris eſt ⁊ op
timum eſt. Dñt etiam infantes cuſtodiri
ab occurſu excellentiũ ſenſibilium ⁊ ma
xime ſubito vt eſſent ſonitꝰ fortes ⁊ ſtre
pitus ⁊ timor. vnde Mattheus gradi re
citat hyſtoriam de filio ſuo lactanti qui
cecidit in epilenſiam ex forti ſonitu tuba
rum vide loco ſuo. debet etiam nutrix ſe
abſtinere a coitu quia alterat lac ⁊ debꝫ
vti cibis bonis vt bonum generent lac.
etiam vitet crapulam ⁊ omnia que ha
bent malum lac generale cuius oppoſi
tum hodiernis tꝑibus fit.

¶ Regimen curatiuũ quod debetur tem
pore quietis reſpiciens cauſam epilen-
ſie completur quinque principalibus in
tentionibus q̃ ponunť in cura epilenſie
prouenictis a materia flegmatica tanq̃ꝫ
ſepius cõtingente. prima eſt debita regi
minis adminiſtratio, ſcd̃a digeſtio. ter-
tia euacuatio. quarta diuerſio. quinta
⁊ vltima reſolutio ⁊ cerebri cõfortatio ⁊

remotio male complexionis in cerebro de
relicte.
¶ In prima intentione laudat Aui. ae-
rem debere alterari ad cali. ꝛ ſic. vt ſit p̄
ſentia bonorum odorum: ſed non debēt
eis ſepe vti ſed moderate q2 aliquando
ꝑpter nimiam euaporationem agitant
humores: ꝛ camera non ſit frigi. ꝛ vbi eſ
ſet ſuffumigari debet cum gar. corticibꝰ
citri ponere etiã in camera de ſaluia ma
iorana roremarino ſticados ꝛc. In regi
mine cibi ꝛ potus. cibus nimis quantita
tis eſt malꝰ q2 nimis euaporat ad caput
vnde declinare ad ſubtilitatem eſt meliꝰ
vitent etiam omnia cibaria euaporabi-
lia. oibus enim caput habentibus fri. ꝛ
hu. ꝓcipitur ne multum comedãt in cena
q2 multi vapores eleuantur ꝛ inde infri
gidati faciunt cattarũ. apium a ꝓprieta
te facit epilenſiã ideo dz vitari: vitentur
etiã carnes caprine propter idem quoni
am ſm quoſdã inducunt epilenſiã. ꝛ licz
Auicen. laudet intelligit de caprina car
ne iuueni. vituperatur aũt antiqua iuue
nis enim ꝑpter ꝓpinquitatem genera-
tionis eſt facilis digeſtionis ẽt ſunt ſicce
complexionis lz vlr ꝛ abſolute ſint diffi
cilis digeſtionis. vituperantur oẽs her-
be fri. vt lactuca portulaca cũ aceto lau
dantur autem herbe cali. vt ſaluia ma-
iorana et inter alia iſopꝰ ideo dicit. Se
ra. teſtor multos curaſſe exhibẽdo iſopũ
vt in decoctiõe ꝛ in cibarijs. caueat vinũ
q2 inducit epilenſiã: ſi tamen ſit tempera
tum ꝛ in modica quantitate cõceditur ſi
ſit. cal. aromaticum. etiã omnes alie res
non naturales ad cali. declinent.
¶ Secunda intentio eſt digeſtio. cum er
go materia ſit flegmatica digeſtiua dn̄t
appropriari flegmati qualia ſunt mel ro
ſa. oximel. s. cõpoſitũ ſquiliticũ. vt. Rx.
mell. ro. ℥. j. oximell. ſquilitici. ℥. ß. aqua
rum ſaluie ꝛ beto. an̄. ℥. j. ß. miſce. poſtea
ſiru. de ſticados cum aquis dictis de qui
bus ſingulariſſima ꝛ vſualis ẽ aqua iſo
pi vt dictũ eſt. ꝛ dz digeri per continua
tionem ſiruporum. 6. 8. vel. 10. diebus.
¶ Tertia intentio eſt euacuatio que cõ-
plet cum his que ſupradicta ſunt in ca-
pitulo apoplie ꝛ ſubetb. ſingulariſſima
tñ ꝛ vſualia ſunt hiera. s. cum agari: cla
mãt. n. omnes in virtute agari. in euacu
ando flegma in capite exiſtẽs vt. Rx. hie
re. s. ʒ. vi. agari. troci. ʒ. j. diſſoluãtur in
aqua ſaluie beto. vel iſopi. q. s. Conueni
unt etiam pi lule elefangine ꝛ maſticine
ſemper addendo agari. pillule etiam de
hiera magna ſunt multũ vſuales. pillule
etiam cochie ꝛ fetide que ſunt multum
fortes. vt. Rx. pillularum cochiarum ꝛ fe
tidarũ ana. ℈. i. doſis enim iſtarum ma
xima vt dictum eſt ℈. iiij. vel. ʒ. i. ß. Ubi
vero eſſet multum ſopita ſed hoc non eſt
tempore quietis ſed in actuali paroxyſ-
mo poſſet eſſe in forma potabili. Compe
tunt electuaria diſſoluta cum aquis ap
propriatis vt electuarium diaſ. electua-
rium indum. doſis eſt. ʒ. i. s. vt. Rx. diaſ.
ʒ. i. ß. d. ſaluie betoni. iſopi maiorane ſti-
cados diſſoluatur et fiat potio.
¶ Quarta intentio eſt diuerſio que com
pletur per ea que trahũt ad inferiora vt
cliſteria fricationes ſuppoſitoria factis
aliquibus euacuationibus caput purgia
maſticatoria ſtrenutatoria vt ſupra am-
ple in cura paraleſis ꝛ apopleſie d ictũ ẽ
¶ Quinta intentio eſt reſolutio reſidui
remanentis ꝛ cerebri confortatio: q2 ma
nente mala cõplexione fri. adhuc reag-
gregat noua materia: iõ opz ſoluere qđ
remãſit ꝛ exiccare ipſum cerebrũ ꝛ com-
plet h intẽtio ꝑ interiꝰ ꝛ exteriꝰ applica
ta. De interiꝰ applicatis eſt primo diaco
rus acorus conditus diamuſcus dul. ꝛ
amarꝰ cõfectio pliriſarcoticon. Nicolaſ
medicamen de ſquilla qđ eſt ſingulariſ
ſimum ad preſeruandum ab epilenſia.
Accipiat ſquilla ꝛ incidatur tpe eſtatis
in fruſtra et ponatur in olla vitrea: ꝛ ſi
in olla fuerit de melle rectificabit acui-
tatem ſquille: ꝛ tunc bene claudatur et
ponatur in ſole omni hora vertendo vt
ſol tãgat ipſam ex qualibet parte ꝛ poſt
40. dies inuenimus liquorem ſegrega-
tum virtute ſolis: et ex tali liquore cum
melle cõponat electuariũ ꝛ hoc electua
rium ponitur a Raſi primo cõtinẽtis et
ab Aui. in pſti cura cõfert ẽt electuariũ
poſitũ in littera ꝛ omnes practici tenent
pro ſingulari remedio et multi teſtan-
tur ſe multos curaſſe cum hoc electuario

Conueniunt etiam omnia ſimplicia hic poſita a Raſi primo continentis. et ab Aui. etiā Nicolaus floren. ponit vnum electuarium in hac cura cum dicit ſe curaſſe epilenticā. 40. que ab infantia vſq; ad illa etatem fuerat epilētica cuius doſis eſt hec. R. herbe ſancti petri vel ſancti pauli ſiue herbe paraleſis et eſt coſtus ſiue pipella quantitatem aliquam ſubtiliter incidatur deinde accipiantur gar. peonie et piretri ana partes equales miſce et cum melle ſufficientis quantitatis fiat electuariū: de quo oī die cocleariuz exhibeatur. Conuenit etiam in eadē intentione tiriaca et metridatum de quibus tantū ſemel in hebdomada adminiſtramus. Conueniunt etiā ea que valent a proprietate de quibus primo eſt ruta que ſingulariter commendatur ab Aui. ter vel quater: nō ſolum interius adminiſtrata ſed etiā exterius odorādo ipſaz etiam peonia vt dictum eſt collo ſuſpenſa et per interius puluerē adminiſtrata. Laudatur etiam veſica apri plena vrina accipiendo apri veſicam et cum vrina ſua ponatur in furno ad deſiccandum et exiccata et puluerizata de puluere quotidie exhibeatur coclearū vnū. Laudatur etiā ab auctoribus cornu cerui. lapis etiam ſmeraldus collo ſuſpenſus. corium etiā fronti aſini a paroxyſmo epilēſie liberat caſtoreum etiam: et aſſa fetida euaporata etiam per interius ſumpta. Laudat etiā lapis hirundinum qui reperitur in ſtomacho pullorum hirundinū maxime ille qui eſt diuerſorum colorum: capiatur dictus lapis et inuoluatur in corio vituli et ponatur in capſa argentea et collo ſuſpendat; eſt enim maxime iuuamēti. Craneum etiam humanum competit a proprietate. Serar. enim habuit ſecretū hoc a fidedigno et dabat ipſe epilenſiam patientibus et liberabantur: et ſic craneum maſculi maſculo: femie vero femine. Sa. etiam. xi. de ſim. medicina. c. xi. dixit quidam dabant oſſa humana ignorātibus ſumentibus: et hoc ad bibendū et liberabant eos ab epilēſia et artbetica. Si aūt epilenſia ſit confirmata in adultis maxime difficile curatur. Inquit enim Gordo ego multos habui in manibus diuites et pauperes iuuenes et ſenes maſculos et feminas: ſed illi qui ſunt adulti et epilenſia eſt per eſſentiā non curantur: cauſam neſcio deus ſcit. Curatur autez in infantibus et in illis qui propter inordinationem regiminis et in illis quibus fit per cōitatem ab aliquo membro. In adultis autem vt dictū eſt nō curatur. Si autem cauſa ſit materia ſang. fiat flo. ſaphenarum a prin. deinde cum flo. cephalicarū poſtea vene frontis etc. Si a melancolia fiat eodem modo ſicut in flegmatica cuz reſpicientibus melancoliam que dicent in cura melancolie. Si a cōmunitate alicuius membri a quo eleuatur malus vapor venenoſus tēpore inuaſionis debet fieri ſtricta ligatura in via tranſitus ſi eſt poſſibilis ne malus vapor trāſeat ad caput poſt inuaſionem vero debemus intendere ad curam illius membri remouēdo malam diſpoſitionem in eo exiſtentem. Si fiat cōmunitate ſtomachi poteſt curari ſicut dictum eſt in cura flegmatice. Si autem ab aliqua materia retenta in aliquo membro ſanioſa vel virulenta puta in membris exterioribus vt coxa brachio pede vel digito debet fieri talis mēbri excoriatio et apertio vt materia exeat vt mihi contigit de quodam cui ſepe adueniebat paroxyſmus epilenſie quem interrogaui an aliquid ſibi accidiſſet vt puta caſus vel percuſſio. qui reſpondit q nō. feci eum exuere et inueni coxā vnam tumidam ſed nullum perceperat dolorē interrogaui qd illorum prius euenit an tumor an epilenſia. ille neſciuit rūdere: vnde videns nullū regimen preceſſiſſe in ſex rebus non naturalibus qd eſſet melācolie generatiuū arbitratus ſuz et merito cauſam epilenſie eſſe tumorem illum: feci aperire locū cum cauterio et inuēta eſt in loco humiditas multa putrefacta intantum q vſq; ad os erat putrefactum: et ita dimiſſo loco aperto proceſſi exiccādo humiditatem illam malam et cōtinue paroxyſmi tardauerunt et intantum proceſſi donec extractum eſt de oſſe putrefacto et excerto nonduz rediit paroxyſmus epilenſie.

Regimen vero curatiuum quod debetur epilentico tempore paroxyſmi conſi-

ſtit in vnica intentione. ſcꝫ releuatiõis a
paroxyſmo: ⁊ in hac cõuenit diuertere
vapores vel quecunq̧ cauſa ſit a cerebro
⁊ hoc per ingenia ſuperius dicta. ſ. cũ fri
cationibus ventoſis ſuppoſitorijs ſi eſt
in etate forti ⁊ cliſterijs dictis. c. de apo-
pleſia. etiã ſternutatoria ibi dicta. etiam
ſuffimigatio rerũ facientiũ ad reſo. mate
rierũ vt ponendo caſtoreũ ſupra carbo-
nes ignitos ⁊ recepiat fumum etiã radi-
cẽ peonie ⁊ ſemen eius. ſimiliter aſſa feti-
da ſupra carbones ignitos. Cõuenit etiã
ſuccus rute ex contuſione foliorũ eius ⁊
fiat cũ coto licinium ⁊ naribus immitta
tur: vel etiam folia rute p̱ ſe contuſa. odo
rare etiã eam ſicut eſt etiam caſtoreum in
licinio ſimul cũ ruta vel ſucco eius etiã
aſſa fetida ita ꝙ accipiatur caſtoreum ⁊
aſſa ⁊ ſimul in ſucco rute infundatur ⁊
fiat liciniũ ⁊ narib⁹ immittaẗ quare ⁊c.

¶ Cura incubi.

Incubus dicitur ab incubo
incubas qđ idẽ eſt ꝙ ſupra
ſtare vel iacere q: putant ali
quã rem ſuper eos eſſe. cura
hui⁹ egritudis clara ẽ q̃re ⁊c.

¶ Cura melancolie.

Nota primo ꝙ medicus non
dꝫ ire ſolus ad huiuſmodi
m̃licos vſitãdos q: iſti ex cor
ruptione virtutũ interioꝝ qñ
q̧ poſſent medico nocere etiã
tales ſint ligati ſi opꝫ. vnde aduerte ad
caſum qui accidit Mattheo gradi qui
cum viſitaret vnũ melancolicũ p̱ camerã
ambulantẽ ⁊ cum ipſe eſſet in pontili ex i
uit ſibi obuiã ⁊ oſtendẽs eũ amplecti am
plexus eſt ⁊ voluit eũ proijcere extra pon
tile. Nota etiã ꝙ iſti melancolici ſepe ſꝫ
varietatẽ fantaſiarũ requirũt varias me
dici induſtrias in curãdo eos: qñq̧ enim
oportet eos verberare ⁊ eis minari. qñq̧
eos applaudere ⁊ confirmare opiniones
eorũ ⁊ ea dicere q̃ dicunt ſicut cõtigit ma
giſtro Jo: marliano qui cũ eſſet Medio
lani m̃licus quidã qui eſtimabat ſe habe
re ranas in corpore ⁊ medici dicebãt nõ
eſſe verũ: vnde ipſe nondũ voluit libera-
ri neq̧ volebat eis obedire. vnde vocat⁹
Marlianus cum interrogaſſet eũ quid
haberet r̃ndit ſe habere ranas in corpo-
re. ⁊ ipſe dixit veruꝫ dicis ⁊ ſcio multas
habere in corp̱e. ſed ſi mihi obedies eas
extrahã. ille multum cõgaudens aſſen-
ſit curari. Marlianus cũ purgare eũ vel
let precepit aſtãtibus vt cum oſtenderẽt
egeſtiones imponerẽt ranas viuas in va
ſe vt videret ⁊ ipſe. qđ factũ fuit ⁊ ſic cuꝫ
bono regimine liberatus eſt. Multa ẽt
alia poſſent narrari que breuitatis gr̃a
omittimus. iſta tñ ſufficiant p̱ medici in
duſtria. Cura eius perficitur quinq̧ p̃n-
cipalibus intentionibus. prima eſt debi
ta regiminis adminiſtratio. ſcđa dige-
ſtio. tertia euacuatio. quarta diuerſio a
cerebro ⁊ corde ad membra ignobilia q̃n
ta ⁊ vltima reſo. reſidui remanẽtis ⁊ cere
bri ⁊ cordis cõfortatio. ¶ Notandus eſt
cañ. Aui. ꝙ in hac egritudine a princi. de-
bemus preuenire: q: hec egritudo cõfir-
mata eſt difficilis cure.

¶ Prima intẽtio perficitur p̱ adminiſtra
tionem debitã regiminis ſex rerũ nõ na-
turaliũ. dꝫ enim regimen ad cal. ⁊ hu. de
clinare magis tñ humectare q̧ calefac-
re q: humiditas eſt minus actiua q̧ cali
ditas: ⁊ quia minus poteſt per eã leſio
cauſari. Aer ergo fiat artificial̃r hu. cum
vaſe aque pleno cal. facte ex. d. maluarũ
matrũ violarũ ⁊ altee ⁊ ponere in came
ra. habeatur etiã res boni odoris ⁊ gra-
ti. dimittanẗ ex parte cibi olera preter hu
mectatiua. dimittãtur legumina carnea
aſſate ⁊ ſalite. vtanẗ carnib⁹ hedi caſtra
ti brodio ẽt gallinarũ caponũ faſianoꝝ
vtatur ſomno vitet vigilias p̱cureẗ ſom-
nus cũ fricationibus leuibus. ſi non põt
cũ hoc fiat balneũ hoc mõ. ℞. lactucarũ
foliorũ ſalicũ ſeminis papauperis albi ſe
minis lactucarũ: decoquantur predicta
in aqua in qua retineãtur extrema ⁊ bal
neetur aliqualiter caput cũ dicta aqua.
fit etiã ſomni prouocatio inungendo tẽ-
pora cũ oleo violato nenufarino vnguẽ
to populeonis: vel facere cliſteria vel dan
do ſiru. de papauere dando poſt cenam.
Si non põt dormire cũ iſtis deueniendũ

eſt ad opiata. ⁊ cōſidera in exhibendo ea quia eſt timor puta qñ virtus eſt debilis ipſa tamen adminiſtrādo incipe a leuioribus.

¶ Scḋa intētio q̄ eſt digeſtio complet̄ ꝑ adminiſtrationē ſiruporū appropriatoꝝ mſie. Et vſuales ſirupi ſunt iſti ſiru. de thimo de epithimo de pomis. s. ⁊ cōpoſitus vt. ℞. ſiru. de pomis. s. ℥. ſ. ſirup. de epithimo. ℥. ß. aquarum bug. ⁊ end. añ. ℥. ſ. ß. miſce. aque appropriate ſunt aqua boraginis bug. ſcolopē. endi. fumiterre lupuloꝝ. Si vero volum⁹ ſirupos magis fri. dabimus ſirup. de fumoterre cū ſiru. vio. vt. ℞. ſiru. de fumoterre. ℥. ſ. ſiru. vio. ℥. ß. aquarum bug. ⁊ lupulorum añ. ℥. ſ. ß. miſce.

¶ Tertia intentio que eſt eūo cōpletur cū medicinis appropriatis educētib⁹ mſiam de quibus ſunt quedam leuia ⁊ q̄dā fortia. Leuia vſualia ſunt vt aqua lactis maxime caprini epithimū ⁊ eſt optimū. poſſumus enim dare epithimum per ſe vel cū aqua lactis maxime dicta ⁊ eſt bonū ⁊ optimū epithimū damus in infuſ. ⁊ doſis eſt. ʒ. ij. in ſubſtantia. ʒ. ſ. habemus et mirab. indos. Fortia ſunt ſicut foliculi ſene lapis lazuli ⁊ lapis armenus. verum iſta melius eſt adminiſtrare rectificata q̄lia ſunt in cōfectionibus. ⁊ de iſtis cōfectis ⁊ cōpoſitis ſunt ſicut cōfectio amech pillule inde pillule de lapide lazuli. Doſis iſtorū cōpoſitorum eſt vſq; ad. ℈. iiij. ⁊ ſemꝑ cū iſtis damus aliq̄d humectatiuū ſicut eſt ſirupus violatus.

¶ Quarta intentio fit cū cliſteri. vſuale aūt eſt hoc. ℞. decoctionis epithimi ſene polipodij lupulorū thimi fumiterre. ʒ. vj. vel. vij. caſſiefiſtule. ℥. ſ. zuc. rub. ℥. ſ. olei violati. ℥. ſ. ß. ſalis cōmunis. ʒ. ſ. miſce. ⁊ fiat cliſtere. precipit̄ etiā tenere extrema in aqua cali. facim⁹ etiā fieri fricationes in extremitatibus. aliquo mō etiā facim⁹ applicare ventoſas ſine ſcarificatione vt in ſanguinea. In eūone etiā iā dicta cōuenit flo. baſilice ſiniſtre ſi ſan. exiēs videatur niger tūc debemus extrahere Si aūt ſubtilis ⁊ clarus. debemus retinere. pro hoc vide Aui.

¶ Quinta ⁊ vltima intētio que eſt reſolutio ⁊c. cōpletur ꝑ ea que ꝑ interius applicantur ⁊ que per exterius. De exterioribus eſt epithima cordiale capiēdo florū m bug. ⁊ boraginis añ. M. ſ. been albi ⁊ rub. añ. ʒ. ij. gaf. ʒ. ſ. miſce. De interius aūt exhibitis ſūt diabugloſatū diaboraginatum fortiora diamuſcus dul. ⁊ amarus. elm de gemis Meſ. elm letificans Raſis elm Cōciliatoris ſemꝑ cum iſtis ponēdo de zucharo vio. In intentione etiā humectatiōis cōfert balneū hoc ⁊ eſt vſuale. ℞. maluarū matrū violarū ⁊ altee capita ⁊ inteſtina caſtratorum decoquant̄ in aqua ⁊ fiat balneū. Iſtud autē balneū eſt humectatiuū multū pro hoc vide Ioan. matheū gradi. Et nota ꝙ non debēt nimiū iſti ſtare in balneo: q2 nimis reſolueret. pōt etiā fieri balneū particulare capiti cum decoctionibus predictis: quare ⁊c.

¶ Cura catarri

NOta ꝑ cura catarri opꝫ vnū cōſiderare vtrū. ſ. cauſa catarri ⁊ catarrus ipſe cōueniant aut differāt: q2 aliq̄ſ cū differūt intendentes cāe nocemus catarro ⁊ econtra: vt ſi cā ſit frigiditas ⁊ materia fluens ſit cal. que ꝑ fri. expreſſionē fluat: tūc ſi cū cal. intēdamus cāe nocem⁹ catarro: q2 materie cal. fluēti. Si aūt materias fluētes rectificare volum⁹ cū fri. cāe nocumētū ingerimus. quare hoc maxime aduertendū eſt ⁊ in talibus vbi indicationes cōtrarie cōplicant̄ obſeruare opꝫ. Aui. cañ. iiij. ſ. c. vltimo ꝙ in talibus ſuccurrendū eſt rei timoroſe magis altera nō neglecta. His habitis cura catarri cōſiſtit in ſex intentionibus ꝑncipalibus prima eſt debita regiminis adminiſtratio. ſcḋa materiei catarri digeſtio. tertia eūo. q̄rta diuerſio. q̄nta retētio nocumētorū a catarro eueniētiū reſo. remanētis ⁊ cerebri confortatio.

¶ Prima intentio diuerſimode completur ſecūdum diuerſitatē catarri. In cal. enim catarro vitentur cal. omnia ⁊ venti de quibus eſt ventus auſtralis ⁊ ſeptemtrionalis adueniens maxime poſt

auſtralem: quia poros conſtringit ⁊ com primendo fluere facit. cibi et calidi vitentur in catarro cal. ⁊ in fri. exbibeantur. Somnus vero fac. vt nō ſit longus in catarro fri. maxime immediate ſumpto cibo vitēt ſupine dormire ⁊ dormiant ſup vētrem ſuum vt materie ad nares deriuētur accidētia aīe q̄ hēnt inflāmare vitent in calli. ⁊ q̄cūq; habēt et cerebrum debilitare vitent maxime in cā frigida.

¶ Scda intentio eſt digeſtio in qua etiā diuerſimode ꝓcedit. aliter enim in cal. ⁊ alr̄ in fri. In cal. enim vt puta ſalſo amaro acuto mordicatiuo: q: vt plurimū et iſti humores ſunt ſubtiles ꝓcedimus cū ingroſſantibus ī infrigidantibus. ⁊ ſirupi vſuales in hac intentione ſunt ſicut ſiru. vio. de iuiubis de papauere. Ubi aūt materia in pectore eſſet recepta ⁊ propter eius groſſitiem non poſſet per ſputū eijci conuenit iulep violarū. alij vero ſirupi ſicut acetoſus ro. de endi. de ſucco aceto. licʒ ſint frigi. ingroſſatiui tn̄ vſuales nō ſunt in hoc morbo q: ſm plurimū pectori ⁊ pulmoni cōicat materia catarralis. ideo adminiſtrandi ſunt ſirupi ꝑticipantes lenitione non aūt ſtipticitate q̄ pectori nociua eſt. illi autem ſirupi. ſtip. ſunt. conueniūt ergo ſupra memorati cū ſint pectori iuuatiui. Aque etiā vſuales quibus vtimur cōiter ſunt aque endi. cico. ordei zuchari. decoctio etiam pectoralis cum ſeminibus fri. ⁊ cū iuiubis. q̄dam vtunt aqua ordei poſt cenā quādo vadūt dormitū. ⁊ aliquando aqua fri. in catarro ſubtili acuto cal. ⁊ iuuat remitē do acuitatē. in fri. vero multū obeſt: ideo vulgares multū errāt in omni catarro exbibēdo aquā fri. In catarro fri. ſiue materia groſſa ⁊ fri. digeſtiuū ſingulare eſt mel ro. ⁊ licʒ Aui. laudet mel ro. in catarro. cal. tn̄ hoc non obſtat cum non laudet mel ro. quo cōiter vtimur. ſed illud ē zucharū ro. ē enim duplex mel. ſ. mel apū ⁊ eſt cal. ⁊ ex illo fit mel ro. quo communiter vtimur. eſt aliud mel qd̄ dicit mel cāne ⁊ iſtud eſt zucharū ex quo fit zucharū ro. ⁊ iſtud bene depuratū eſt quaſi tēperatū in actiuis ⁊ cum melle ro. ſemper permiſcemus aliquid ſputum facilitans et vſuale eſt ſiru. de liquiritia vt dando ℞. mellis. ro. colati. ℥. ſ. ſirupi. de liquiritia. ℥. ß. aquarum ſaluie ⁊ iſopi an̄. ℥ ſ. ß. miſce. vel cum. d. pectorali cal. in qua ponit liquiritia ſuccus citrine paſſule iuiube ſebeſten ⁊c. iſte ſiru. eſt ſatis domeſticus ⁊ eo vtimur a principio. In proceſſu vero poſſumus vti fortioribus ⁊ magis inciſiuis ⁊ ſubtiliatiuis: ⁊ ſirupi vſuales quibus cōiter practici vtuntur ſunt ſiru. de duob' radi. de iſopo de praſſio. ⁊ in iſtis debemus gradatim procedere ſʒ ꝙ materia eſt magis ⁊ magis digeſta. ⁊ fctā aliquali minoratione tendere poſſumus ad fortiora tandem deueniendo ad ſirup. de ſticados qui ſinguiariſſimus ē Aque autem vſuales in hoc caſu ſunt ſicut aqua ſaluie iſopi beto. ⁊c. Et ſi volumus ſputum facilitare conuenientius eſt vti decoctione pectorali in qua ponitur liquiri. capillusueneris ficus ſicce paſſu. ⁊c. Ubi autem materia ſit viſcoſa conuenit oximel. s. ⁊ compoſitum ⁊ ſunt vſualia cū aquis proportionalibus.

¶ Tertia intētio eſt euacuatio que completur per ſolutionem ven. ⁊ flo. Solutiua autem ven. vſualia ſunt ea que dicta ſunt in cura ſode. de quibus ſunt pillule et electuaria De pillulis vt pillule auree aggregatiue. de electuarijs electuarium de ſucco. ro. electuariū roſa. diapru. s doſis electuariorū eſt ā. ʒ. ſ. vſq; ad. iiij. de pillulis a. ʒ. ſ. vſq; ad. ℈. iiij. ⁊ hec conuenientia ſunt in cal. materia. De flo. vero notandum eſt ꝙ quantum eſt poſſibile debet vitari vt habetur ex doctrina diui Meſ. capi. proprio. ⁊ id̄ ſecundū ipm tantū in tribus caſibus competit. Primus caſus in corpore cal. multum ſan. abundanti ⁊ robuſto ⁊ catarro exiſtente cal. competit flo. Secundus caſus in intentione preſeruationis a futuro nocumento vt ſquinantia et pleureſis vt materia diuertatur et non fluat ad locum in quo eſt parata fluere facimus flo. Tertius caſus quando cum catarro complicatur feb. conuenit flo. quia feb. eſt cauſa ſuper calefactionis humorum: in alijs autem nequaq̄ fienda eſt quia cerebrum eſt exangue quod ex natura ſua eſt fri. ideo ille paucus ſang. qui eſt in cerebro euacuaret. Solutiua vero conuenientia in

materia fri. vſualia ſũt i forma pillũlari
ſicut pillule cochie de agari. que valẽt
multum in materia in pectore cõtẽta ex
bibendo iſto mõ. ℞. pillularũ cochiarũ
pillularũ de aga. ℈. ij. miſce. et fiãt pillu
le quinq;: ⁊ iſte valẽt ad euacuandũ ma-
teriã groſſam. In forma vero electuarij
habemus diaſinicon electuariũ indum
que etiã laudata ſunt in materia cali. va
lent ẽt in ⁊ tracq;. doſis eſt illa ſupra poſi
ta. a. ʒ. ſ. vſq; ad. ℈. iiij.

¶ Quarta intentio que eſt diuerſio com
pletur ꝑ fricationes ventoſas in ſpatu-
lis ⁊ in natib⁹ per caputpurgia que fiũt
per liquores attractos ꝑ nares. Et vſua
les in cal. ſunt aqua violarũ vel ordei q̃
dilatãdo vias naſi faciunt ad diuerſio-
nem materierum ex cerebro. In materia
vero frig. vſualia ſunt aqua maiorane.
Fortiora ſunt aqua ſiue ſuccus radicis
blitis vel foliorum eius: decoctio etiã ni
gelle fortior adhuc ſicut ſucc⁹ ireos: etiã
decoctio ciclaminis. i. panis porcini. eſt
aũt in his gradatim procedendũ a debi
lioribus ad fortia. diuertimus ẽt ꝑ ſter-
nutatoria quia materie per ea ad nares
conuertũtur. Sed nota ꝙ iſta caputpur
gia ⁊ ſtrenutatoria non debent a princi
pio fieri ſed factis euacuatiõib⁹ q: ꝑ iſta
fit motus ⁊ agitatio. materia aũt catar-
ri ad hoc vt digeri poſſit indiget quiete
et quietantibus eã. alie autẽ diuerſiões
poſſunt viriliter in quocũq; tpe fieri. con
fert ẽt in eadẽ intẽtione cauterium in cõ-
miſſura coronali: q: multas materias ꝑ
ptes illas exalare facit ⁊ ad illas cõuer
tit. ⁊ Jo. arcu. teſtat̃ ſe nihil tãti iuuamẽ
ti inueniſſe quãti ẽ huiuſmodi cauteriũ
in paſſione hac. conuenit ẽt aptio facta
poſt aures iuuat. n. maxime.

¶ Quita intẽtio eſt catarri retẽtio. Sed
nota ꝙ catarr⁹ quãtũ poſſibile eſt nõ dz
ſiſti: q: fit retẽtio in membro principali:
verum quandoq; neceſſitas vrget vt re-
tineat̃. ⁊ hoc in aliquib⁹ caſib⁹. Primus
eſſet nimius fluxus ſuffocatiuus ⁊ time
remus de ſuffocatione tunc ẽ retinend⁹.
Secũdus vbi iſte catarrus eſſet cal. acu
tus et excoriatiuus: tunc debemus ſiſte-
re. Tertius vbi cum catarro coniunga-
tur tuſſis aſpera cum inſtantia vigi-
liarum: tunc etiã ſiſtendus eſt. Et de his
que ſiſtũt quedã ſunt que hoc faciũt ſtip
ticitate ſua ſicut bolus ar. ſpica olibanũ
ſandaraca. ⁊ cũ hoc nõ nocet pectori ma
xime ſpica. etiã hic appropriate hoc fa-
ciunt q: ingroſſant materias ⁊ de iſtis
ſunt ſicut ſuccus liquiritie ſiru. de liqui
ritia. ſiru. vio. iulep. vio. zucharũ vio. pe-
nidie diadragantũ loch de papauere ſi-
ru. de papauere electuarium etiã diaco-
dion pillule bichechie. i. contra tuſſim te
nendo vnã in ore ad quantitatẽ lupini.
Et de iſtis quedã gargarizantur quedã
in ore tenentur quedaz deglutiunt̃ ſicut
ſandaraca ⁊ olibanũ. etiã cõferunt ſtip.
gargarizata vt ex aqua ro. ⁊ aceto. ꝑ cõ
plemẽto iſtoꝝ vide Meſue. ⁊ vbi eſſet in
ſtantia vigiliarũ cum tuſſi aſpera exhibe
re oportet vt alia non iuuant pillulas al
chaiber. i. de cinogloſa que deſcribun-
tur a Meſ. in p̃ſenti. c. ⁊ in antidotario
diſtin. x. de pillulis. ⁊ appelat eas pillu
las ad omnes morbos catarri ⁊ i eis in
greditur opiũ. ⁊ doſis eſt. ʒ. ſ. vſq; ad me-
diam. ⁊ ad iſta opiata deueniendũ eſt in
caſu deſperato.

¶ Sexta ⁊ vltima intentio eſt prohibi-
tio nocumentorum a catarro euenientiũ
ſicut eſt oppilatio in cayſim ideſt partis
anterioris naſi ita vt ex naſo ad palatũ
nihil tranſit nec econtra: ⁊ curam huius
habes capitulo proprio fen quinta ter-
tij tractatu ſecundo. Competunt etiam
in hac diſpoſitione ea q̃ habent aperire.
⁊ decoctio lentiũ eſſet iuuatiua. etiã vbi
accideret timor de ſquinantia. ⁊ in hoc
caſu competunt gargariſmata prohibẽ-
tia fluxum vt ex aqua roſ. ⁊ aceto facien
do diuerſiones cum ſlobo. ⁊ alijs vbi ex
pediat. etiam dãdum eſt in reliquis que
conſequi poſſunt ad catarrum. cura di-
ſpoſitionem illam ſm ꝙ meretur. Et ſi ca
tarrus ſit a materia frigida debz fieri re
motio male complexionis remanẽtis ne
iterum reaggregetur noua materia. hoc
fiet cum ſacculis ex rebus calefacientib⁹
⁊ cerebrum confortantibus vt ex ſaluia
de ſale maiorana etiam cuz thure milio
cũ lotione etiã capitis cũ lixiuio in quo
ſint cocte res capitales cal. ſepe dicte. la
uare etiam caput cũ vino aromatico vt

vernacino vel maluatico ponendo etiaꝫ
de gari. pipere zinzibere ⁊c. Ad cõfortã-
dum cerebrum etiam poſſumus dare cõ-
fectiones vt confectionem pliriſarcoticõ
diamuſ. dul. ⁊ amarum tiriacam. in ma-
teria cali. vero exiſtẽte cũ frigidis: q̃re ⁊c.

¶ Cura obtalmie non vere.

CUra hec diuerſificat̃ ſm ſuas
ſpecies. nam quedam eſt ob-
talmia vera quedam non ve-
ra. Non vera aũt eſt que cum
rubor in oculis apparet. ⁊ iſta
curatur per ſolam cauſe abſciſſionem. et
hec vt plurimum cãm habet primitiuam
vt fum⁹ ⁊ iſti ſufficit remotio a fumo. vel
cali. aeris a ſole ⁊ iſti ſufficit poni in aere
fri ⁊c. deĩde natura reſoluit vapores. qñ
ꝙ cõtingit ex ſola agitatiõe hu. facta ex
motu corporis ⁊ iſtam curat ſola quies
vbi corpus non eſſet repletũ ⁊ iſta ſpẽs
de qua dicit Aui. ꝙ ſola quietatio hu. ſa
nat aliquãdo obtalmiã. ſedatur autem
mot⁹ hu. cum fri. ſ. ⁊ ſtip. agitati aũt fluẽ
tes ad oculũ ſedantur cũ lacte mulieris
puerum lactantis. etiam cum albumine
oui ⁊ aqua ro. hec enim hu. iſtos ab ocu
lis repercutiunt. Si vero cauſa ſit caſus
⁊ percuſſio tunc vel eſt in principio flux⁹
materie: ⁊ tunc competunt ſolum reper-
cuſſiua. Si autem in augmẽto ita ꝙ par
tim fluxerit partim fluxura ſit tunc indi
get repcuſſiuis mixtis cũ reſo. vt eẽnt ro
ſe cũ ſemine fenugreci qđ ſemẽ fenugreci
ppter tẽperatã cali. quã hꝫ dicitur reſol
ui mãz fluxã. vbi ergo intendam⁹ ſolũ re
percutere exhibebim⁹ aquã ro. ⁊ ſimilia
fri. ſola. vbi autem intendamus repercu-
tere ⁊ cum hoc reſoluere exhibebim⁹ ro-
ſas ⁊ ſemẽ fenugreci. roſa. n. repercutit ⁊
ſemẽ fenugreci reſoluit decoquens ergo
ambo in aqua ⁊ ex decoctione illa facie-
mus euaporationeꝫ ad oculos. In ſtatu
vero vbi materia amplius non fluit ſolũ
adminiſtrabimus reſolutiua ⁊ in hac in-
tentione laudatur ouum induratum cuꝫ
ſua actuali cali. ponendo ſuper oculos ⁊
multum vꝫ ad remotionem frigiditatis
⁊ ad reſo. ⁊ remotionem ruboris ⁊ a vul
garibus obſeruatur: quare ⁊c.

¶ Cura obtalmie vere.

OBtalmia vera eſt apoſtema
cali. coniunctiue et hec vt plu
rimum fit a materia ſangui-
nea vel colerica vt ſatis patet
ex diffinitione: in cuius cura
ſex intentiones obſeruande ſunt prima ẽ
debitum regimen. ſecunda diuerſio hu.
ad oculum fluẽtis. tertia repercuſſio. q̃r-
ta digeſtio. q̃nta euacuatio eradicatiua.
ſexta reſolutio reſidui remanentis ĩ ocu-
lo. Et aduerte ꝙ oẽs caſt. ⁊ remedia poſſ
ta ab Auicen. reducuntur ad alterã iſta
rum intentionum.

¶ Prima intentio completur per ea que
faciunt ad prohibitionẽ apatis ſi nõ in-
cepit fieri vel ad pbationẽ complemẽti ei⁹
ſi incepit fieri. ⁊ hec intentio cõpletur po
nẽdo infirmũ in aere fri. ⁊ ſi eſt eſtas infri
gidando artificialiter cuꝫ his que ſupra
dicta ſunt ſternendo folia herbarũ fri. et
arborũ ⁊ irrorãdo camerã. Aer etiam dꝫ
eſſe obſcurus ⁊ nõ luminoſus qꝛ lumen
agitat hu. ⁊ reſoluit ſpiritus. Dieta ſit
multũ tenuis vt mẽbra ſint auara in reti
nendo hu. ⁊ ita nõ fluãt ad oculũ. dimit-
tatur vinũ pro principio augmento ⁊ ſta
tu: et ſi conceditur vt Hippo. ſexta affor.
in declinatione põt exhiberi. Laudatur
ſomnus vt oculus quieſcat. in tẽpore eñ
vigilie continue oculus agitatur ⁊ moue
tur ⁊ inde hu. agitãt. Scđo qꝛ tp̃e ſom-
ni dolor non fit qꝛ ebetatur virtus ſenſi-
tiua: ⁊ ita dolor non attrahit reuma. ſec⁹
ſit in tempore vigilie. Tertio etiam quia
quietantur hu. ita ꝙ non eodẽ mõ fluũt
Etiã de accidentibus animi vitentur ea
que faciũt ad hu. ad inflammationẽ. de-
clinandum eſt etiã ad inanimationeꝫ vñ
vitentur ea que replent ⁊ ſang. multipli-
cãt vt ſunt oua/carnes ⁊ ſimilia vinũ ⁊c.

¶ Secunda intentio eſt diuerſio humorꝫ
q̃ completur cum flo. cephalice. ⁊ hec q̃-
dem flo. eſt conneniens in qualibet ſpe-
cie obtalmie ſm Auicẽ. ⁊ de iſto dubitat
Señ. diuerſificatur vero hec flo. ſm diuer
ſitatem corporum patientium obtalmiã
vt ſi eſt maxima repletio incipienduꝫ eſt
a ſaphena. ſi autem non tanta a baſilica
vel media. ⁊ ſi non tanta a cephalica la-
teris oppoſiti. Si autem magna ſit reple-

tio incipiēdum eſt a ſaphena lateris eiuſ
dem non aūt oppoſita q2 fieret diuerſio
ſm duos diametros ⁊ materia non tam
bene diuerteretur. quo facto ⁊ quietato
corpore per octo horas poſtea fienda eſt
ſlo. a vena communi oppoſiti lateris. di
uerſificatur etiam quantitas ſan. extra
hendi ſm diuerſitatem corporum vt ver
bigratia i ſanguineo carnoſo virtute for
ti vtente bono regimine eſt magna copia
extrahēda ita vt aliquando vſq3 ad lipo
thomiam. melius tamen eſt diuidere in
plures vices vt dicit Aui. Diuertimus
etiam cum applicatione ventoſarum in
ſpatulis. ⁊ ita practici communiter vtun
tur incidendo locum ventoſarum etiam
non incidendo. ⁊ iſtis quotidie practici
vtuntur ponendo eas in adiutorijs bra
chiorum ⁊ in ſpatulis. Diuertimus etiā
cum fricationibus ante cibi aſſumptio
nem fricando a ſurſum in deorſum etiaz
ponendo pedes ⁊ manus in qua cali. vt
ſupfluitates ad partes inferiores diuer
tantur: ⁊ practici cōiter vtuntur iſto re
medio ante cibi aſſumptionem. Diuerti
mus etiaz cum cliſteribus ⁊ ſolu. ven. cū
pillulis ⁊ ita facit Raſis in exhibendo
mirabolanos.

¶ Tertia intentio eſt repercuſſio ⁊ hec p
ficitur per ea que habent claudere ⁊ con
ſtipare poroſitates oculi: vt oculus non
recipiat materias fluentes. ⁊ ad hanc in
tentionem faciunt ea que ſupra frontem
liniuntur vt cum aqua ro. plan. ſolatri
cum albumine oui oleo ro. ⁊ aceto corti
cibus granatorum balauſtijs ⁊c̄. poſſu
mus facere emplaſtrum ⁊ ſupra frontem
ponere. Et in hoc dat caň. Aui. ꝙ eſt cō
ſiderandū an materia fluēs fluat per ve
nas ⁊ arterias que ſunt extra craneū. ⁊
hoc vt plurimum euenit: q2 coniunctiua
egreditur ab illo pāniculo craneū coope
riente: ⁊ tunc maxime iuuat repercuſſiua
Si vero materia fluat per arterias ⁊ ve
nas exiſtentes intra craneum: tunc reper
cuſſiua vituperantur ex eo ꝙ materias
illas videntur conſtringere verſus duos
obticos. Et de illis que cōmuniter pra
ctici ponunt ſupra oculos eſt cotum in
fuſum in aqua roſata vel lactuce: cōmu
niter tamen vtuntur aqua ro. deinde po
nendo ſuper oculum ligando cum petia
lini ligatura ne cauſet dolorem compri
mendo oculum. repercutimus etiam cuz
his que ad intra oculum ponuntur. Do
meſtica ⁊ vſualia quibus practici cōmu
niter vtuntur ſunt ſicut aqua roſata cuz
albumin: oui conquaſſatis adinuicem
⁊ diſtillando ad intra oculum vel etiam
lac faciendo emulgere ad intra. colliria
etiam ⁊ ſunt liquiores qui ponuntur ad
intra oculum ſicut tutia coralli rubei gū
mi ara. dragantum ⁊ ceruſa. Si tamen
dolor eſt vehemens ⁊ cum dictis non re
mittatur: oportet vt cum dictis adiun
gatur aliquid quod habeat virtutez ſtu
pefactiuam vt non tantus dolor ſentia
tur vel eligatur repercuſiuum habens
vtranq3 virtutem vt repercuſſiuam ⁊ ſtu
pe. Et de iſtis repercuſſiuis ⁊ domeſticis
ſtupefacientibus quibus practici com
muniter vtūtur eſt ſumere de aqua roſa.
⁊ de ſemine papaueris albi ⁊ ponere ſi
mul ad bulliendum: poſtea accipere de
dicta aqua ſic bullita ⁊ diſtillare ad in
tra oculum. etiam poſſumus miſcere cuz
dicta aqua albumen oui. Habemus etiā
aliud remedium. ſ. capere medullam pa
nis ⁊ eam infundere in dicta aqua cum
virtute papaueris albi. iſta enim faciūt
ad remotionem doloris. Si autem iſta
non ſufficiunt ſief album eſt magis ſtu
pefactiuum. ſed ad iſtud non eſt deueniē
dum niſi in magno ⁊ intēſiſſimo dolore
etiam niſi alijs remedijs prius factis. ra
tio quia ex tali forti ſtupefactiuo ingroſ
ſantur ſpiritus ⁊ debilitatur virtus viſi
ua. capiatur enim ſief: ⁊ diſſoluatur cum
aqua roſata ⁊ de eo ſic diſſoluto diſtil
lant in oculum. vel etiam accipere de di
cto ſief. ⁊ miſcere cum albumine oui ⁊ cū
coto diſtillando in oculum. Et nota ꝙ
non eſt deueniendum ad iſtud ſief quam
uis ſit multi iuuamenti niſi prius alijs
factis: ⁊ de hoc vidi effectum bonum in
quadaz domina que longo tēpore paſſa
eſt intēſiſſimū oculorum dolorē adeo vt
dormire nō poterat: ⁊ omnibus alijs ex
pertis ⁊ non conferentibus deuenim9 ad
huiuſmodi ſief ⁊ ſtatiz ſedat9 ē dolor: ex

quo dicta domina dum incidebat in illũ
dolorem ſemper petebat de huiuſmodi
ſief. Ponit tamen Auic. cañ. in admini-
ſtratione rerum ad intra vel circa oculũ
ꝙ vſqꝫ ad tres dies non eſt aliquid admi
niſtrandum. de quo tamen dubitat Gen
tilis.

Quarta intentio eſt digeſtio et digeri
mus cũ ſirupis vſualibꝰ quales ſunt ſiru.
de granatis aceto. s. cũ aquis ace. plan.
⁊ ro. etiam cum ſiru. de ſquinanto. ⁊ ro.
⁊ debent iſta digeſtiua eſſe ſtip. quia cum
hoc ꝙ digerunt faciunt ad materie coar
ctationem.

Quinta intentio eſt euacuatio ⁊ hec
completur cum mirabo. citri. pillulis ag
gregatiuis aureis cum electuario de ſuc
co ro. ⁊ electuario. ro. ⁊ cum ſlo. euacua-
tiua ex cephalica lateris eiuſdem. Et no
ta ꝙ multi errant qui flobotomant deve
na que eſt inter pollicem ⁊ indicem di-
centes eam eſſe cephalicam ⁊ ex conſe-
quenti venaꝫ capitis ſed non eſt verũ im
mo eſt ramus vene cõis. ⁊ nulla eſt dña
inter hanc ⁊ illam niſi in magis diuertẽ
do in flobotomando dictũ ramum exiſtẽ
tem in manu cum ſit magis remotus.

Sexta intentio eſt reſolutio reſidui re
manentis in oculo: ⁊ in hac intentione
laudantur localia vt decoctio ſeminis
fenugreci cum ſpongia vel petia infuſa
⁊ ponere ſupra oculum. Laudatur etiam
decoctio mellitoti. balneum etiam lau-
datur in declinatione tantum non autẽ
in prin. liquefaciendo hu. dilatãdo vias
faciunt materias fluere. vinum etiam bi
bitum poſt cibum. ſi vero accipiatẽ aloes
⁊ diſſoluatur in aqua feniculi ⁊ diſtille-
tur in oculo mirabiliter vꝫ laudatur etiã
ſingulariter ſarcocolla ⁊ eſt gũmi quod
dam cal. ex eo ꝙ habet virtutem reſo. ⁊
maturatiuam. diſſoluitur enim cũ aqua
ro. vel cum lacte: ⁊ ita diſſoluta iniĳcitur
in oculo quia tunc non nocet. ſief etiam
citrinium ſiue puluis citrinus etiam vꝫ.
ouum etiam coctum induratum cum ſua
actuali caliditate ſupra oculum poſituꝫ
vꝫ ad idem quare ⁊c.

Cura debilitatis viſus.

Nota ꝙ Auic. ⁊ alĳ medici de
ficiunt in cura debilitatis vi
ſus: qr plures cauſas ponit
in quibus nõ ſubiungit curã
vt põt videri: de quo tñ du-
bitat Gen. Nota etiam ꝙ aliar differt a
noctilopa qr noctilopa eſt qui eam ha-
bens de nocte nõ exiſtente lumine male
videt. aliar vero male de die ⁊ bene de no
cte. hec vero paſſio qñqꝫ fit per cõitatem
quãdoqꝫ per eſſentiã. quando vero fit per
cõitatem due ſunt obſeruande intentio-
nes. vna ad membrum cõicans. alia ad
membrum recipiens. ſ. oculum.

Prima intẽtio perficitẽ cõſiderãdo ma
lã diſpoſitionẽ membri cõicantis vt eſſet
in ethicis ꝓpter exiccationẽ ⁊ in hac cu
ra eſt in bene reſtaurãdo corpus ⁊ ſang.
vt boni ſpiritus ⁊ laudabiles generentẽ.

Secũda intentio eſt ad oculũ vt ſi ocu
lus eſt exiccatus eſt intentio in humectã
do ipſum oculũ ⁊ caput imponendo lac
in ipſo oculo: etiaꝫ cũ. d. facta ex maluis
altea ⁊ ſimilibus epithimare caput. etiã
de ea ponere ad intra oculũ. Si vero fue
rit alia mala impreſſio per contraria cu-
retur: ⁊ idem de cõicatione particularis
membri. ⁊ vbi membrũ cõmunicãs eſſet
ſtomachus conueniẽs eſt vomitus. Ubi
vero hec paſſio proueniret per eſſentiam
poſſet a pluribus cõtingere vt in tunicis
oculi. ⁊ quãdo ex illis a quibꝰ dicta paſ-
ſio prouenit. fiunt ab Auicẽ. ſpecialia ca
pitula ⁊ illa aſpicienda ſunt vt ex obtal
mia vngula ⁊ alĳs. fit tamẽ aliqñ ex par
te tunicarum propter ſiccitatem corrugã
tem dictas tunicas ⁊ inde opace fiunt ⁊
non diaphane ⁊ ibi cum rebus humectã
tibus eſt procedendũ. eſt enim iſta cura
difficilis qr cũ dicte tunice ſint dure ſub-
ſtãtie ⁊ humiditas ſit minime actiuita-
tis: ideo non poteſt bene penetrare. lau-
dat Auicẽ. decoctioneꝫ humectatiuam
ſupra caput effuſam ſiue embrocatã. etiã
balneum ex decoctiõe maluarũ ⁊c. ex. d.
capitum pedũ ⁊ inteſtinorum caſtratorũ
laudat etiã aquam lactis: de quo butirũ
eſt extractũ. de quo dubitat Gentilis an
cõueniat vide eũ. Q [illegible] vero prouenit me-
rito humiditatis exiget hec egritudo in
cura qnqꝫ principales intẽtiones ꝑma eſt

debitum regimen .ſecunda digeſtio hu.
tertia euacuatio.quarta diuerſio. quita
et vltima oculi ⁊ virtutis confortatio cū
localibus abſtergentibus humiditatem
¶ In prima intentione q̄ causa eſt hu.
debent applicari ſicca.⁊ ideo aer humi⸗
dus pluuioſus ⁊ habitatio hu. vitentur
accēdendo ignem in camera⁊ ſuffumigā
do aerem cum rebus calefacientibus et
exiccātibus. Laudatur etiam pectinatio
frequens capitis ex eo ꝙ diuertit fumoſi
tates ex oculis ad cutim capitis:vt dicit
Auicē. Sed in regimine cibi vt fiat bo⸗
na digeſtio obſeruande ſunt he egregie
regule. ¶ Prima vt non ſumatur cibus
niſi prima digeſtione completa conſide⸗
rando quātum tempus apponitur in di
gerendo cibum quare cibus indigeſtus
euaporat ad caput et nocet oculo. ¶ Se
cunda ꝙ caueantur a diuerſitate ciborū
quia diuerſitatem temporis in digeſtio⸗
ne requirunt ⁊ fit multa euaporatio ⁊ di
uerſa. ¶ Tertia eſt ꝙ non debent vſꝫ ad
ſatietatē comedere et ſurgere cum aliq̄li
deſiderio in anima remanente q̄ queri⸗
mus exiccationem oculi . ¶ Quarta ꝙ
poſt cibū ſumatur aliquid qđ reprimat
aſcenſum vaporum ad caput.et ideo iu⸗
bent practici ꝙ poſt cibum comedat fru
ſtum panis torrefacti non bibendo poſt⸗
ea poſt ipſum.etiam exhibent coriādros
confectos vel non confectos:vel de con⸗
fectione cito.etiā poſſumus exhibere trif
feram in qua ingrediūtur mirabola.qui
reſtringunt.vel exhibere confortātia vi⸗
ſum vt eſt feniculus:vt dicit meſue aucto
ritate Democriti ꝙ animalia reptilia fri
cant huiuſmodi feniculo oculos ſuos vt
recuperent viſum debilitatū propter mo
ram in cauernis in tēpore hiemis vt ſer⸗
pentes buffones ⁊c. Laudantur etiā ra⸗
pe ſiue napi quia confortant viſum a p
prietate. Laudatur etiam caro viperarū
abſcindendo tamen caput ⁊caudā dein⸗
de decoqui faciendo ⁊ abijciendo frequē
ter aquam poſtea dare ad comedendum
ſicut fit in lepra. Dant etiam aliqui car
nes viperaruꝫ coctas ad comedendum
galline etiam brodium ad bibendum et
in tanta quantitate dant quouſꝫ galli⸗
na deplumetur:quia tunc eſt ſignū ꝙ vir
tus talium carnium penetrauit ⁊ eſt ini
bibita:poſtea decoquunt gallinam.⁊ de
ea dant ad comedendum infirmis . ⁊ de
vſu iſtarum carnium viperarū recordor
ꝙ cum Jo.mattheus gradi curaſſet quē
dam leproſum fama diuulgata vſꝫ ad
galliam:⁊ quidam aliꝰ acceſſit Papiam
vt curaretur a lepra ⁊ inueniens ipſum
mortuum acceſſit ad me cui exhibui mul
ta remedia:tandem deueni ad exhibitio
nem talium carniū que laudant ab om⸗
nibus medicine auctoribꝰ ⁊ dixi illi gal
lo vt eas caperet et fecit:et q̄ erat multū
auidꝰ curari accepit de eis in multa quā
titate. Cum autem in mane ipſum viſita
rem inueni ipſum cum ſeuiſſimis accidē⸗
tibus ⁊ venenoſis ita ꝙ timui ne carnes
ille ip uꝫ occiderēt.ſed q̄ virtus erat for
tis expulit per partes cutis⁊ facti fuerūt
per corpus quaſi totum bubones qui tā
dem deuenerunt ad ſaniem ⁊ curatis il⸗
lis remanſit liberatus . Et proptere hoc
medici non ſunt audaces in exhibendo
multam quantitatem rerum veneno.
¶ Quinta regula ē vt nō dormiant poſt
cibum ſed prolōgetur dormitio quātum
eſt poſſibile ⁊ qñ vadunt dormitum ſom
nus eorum ſit breuis et omni die fiat le⸗
nitio ven.vt munda ſint inteſtina ne fiat
euaporatio ⁊ non ꝑtranſeat ſomnꝰ ſpa
cium horarum ſeptem.

¶ Secunda intentio eſt digeſtio ⁊ recur
rēdū eſt ad precedentia vt cum melle ro.
oximelle.s.deinde cū ſirupo de ſticados
nō a prin.cum aquis saluie feniculi que
ſingulariſſima eſt.etiam iſopi.

¶ Tertia intentio eſt euacuatio.cum qui
bus autem perficiatur recurrendū eſt ad
ꝓcedentia vt ſupra videlicet a prin.exhi⸗
bere pillulas elefan.cum agař.tro.maſti
cinas etiam cū agar.ſimiliter đ hiera.s.
vel compoſita.etiam cum pillulis lucis
Meſ.que ſunt vſuales valentes in paſ⸗
ſione fri.oculorum etiam cum pillulis ſi
ne quibus eſſe nolo in cā cal.quas Ma
theus gradi cum haberet hanc paſſionē
a cauſa cal. tentatus quia debilis erat
appellauit eas ſine quibus eſſe nolo :q̄
apud ipſum fortes inuente ſunt : licet ex
ſe non ſint multum. Sed ſi poſtea volu
mus eradicationeꝫ facere:dabim ns pil

lulas cochias vel fetidas exhibendo. a ʒ.j. vſq̃ ad. ℈. iiij.

¶ Quarta intentio eſt diuerſio trahendo ad partes ignobiles q̃ cõplet primo cũ cliſterijs ſuppoſitorijs fricationibus poſitiõe extremitatũ in aq̃ali: in q̃ decocte ſint res capitales vt folia lauri ſaluia roſmarinus ⁊c. Diuertimus etiã cũ maſticatorijs ſpecialiter a capite ⁊ cum ruptorijs ⁊ eſt in cõmuni practica ponere ruptoria poſt aures ⁊ tenere locum apertum. facimus etiã ſectanum in collo hoc modo. Capimus carnem cũ tenaculis ⁊ tenemus eam ſtrictã per aliquod tẽpus vt illa pars priuet ſpiritibus ⁊ mortificetur poſtea eã perforamus ⁊ tenemus locum apertũ iſto modo. Si eſt pauper ponim⁹ cordã in dicto foramine ⁊ ſepe hinc inde trahimus vt locus melius aperiat ⁊ humiditas exeat. ⁊ ſi eſt diues ponim⁹ in eo anulũ aureũ rotundũ apertũ ex vna parte poſtea eũ ſtringimus ne ex illa parte aperta anulus exeat ex foramine: ⁊ ita omni die circunuoluimus dictũ anulum Diuertimus etiã cũ ruptorio in cõmiſſura coronali poſito ſiue cũ cauterio actuali ſiue potentiali. ⁊ Jo. ar. dicit ꝙ multũ vꝫ ⁊ recitat duas hiſtorias quas vide. tenendo igitur locũ apertum ⁊ abſtergendo mane ⁊ ſero ſuperfluitates que erunt in dicto loco iuuant valde.

¶ Quinta intentio eſt confortatio reſolutio ⁊ abſterſio complet per ea que per interius ⁊ exterius exhibentur. Per interius autẽ exhibemus nucẽmuſcatã de qua vide laudes a Meſ. dicit enim ꝙ ſi quis ea vtatur omni die vꝫ capiẽdo vnã in aurora viſum recuperat. etiã exhibemus mirabo: kebulos conditos in dicta confortatiõe viſus ⁊ damus cõiter duos ſemel vel bis in hebdomoda. Electuaria que valent in confortatione celebri ſunt iſta videlicet cõfectio pliriſarcoticon acorus cõditus diacorus cõfectus etiam ſingulariſſimũ eſt emplaſtrum. Meſ. etiam emplaſtrum Humain. de hoc dare. ʒ. ij. ſiue coclear vnũ mane ⁊ ſero quando vadunt dormitum. confert etiam metridatuꝫ diamuſcus dul. vel amarus. De his vero que per exterius applicãtur ad oculi confortationeꝫ nos habemus aquam feniculi ⁊ ſuccum. ⁊ eſt Democriti auctoritas etiã collyrium Meſ. ex ſucco feniculi. Cõtunditur enim feniculus ⁊ ponitur in vaſe eneo vt partes groſſe ſeparentur a ſubtilibus. deinde accipit pars ſuperior ⁊. ℥. j. ʒuc. ⁊ mellis ⁊ folia. 6. auri. deinde ponitur in ampulla vitri ⁊ ponit ad ſolem in eſtate ⁊ frequenter mutatur de vno vaſe in aliud vas proijciendo ſemper ſuperfluitatem. Aqua etiam quã cõmendat Arculanus vt accipiendo feniculum berbenã roſas celidoniam rutam ⁊ ex iſtis fit aqua diſtillata ad elambicũ ⁊ iſta a qua poſita ad intra oculos multum valet. Sen. in quodam ſuo conſilio cõmendat hoc collyrium ſi ſumatur tutia preparata cũ antimonio qđ eſt mirabile. habens virtutem exiccatiuam diſtillando in oculis cum aqua feniculi. Serar. auteꝫ de ſolo dicit ſi accipiatur pica auis ⁊ comburatur ⁊ contundatur ⁊ in puluerem reducatur vt de puluere dicto inſuffletur in oculis vel diſtilletur ad intra oculos cuꝫ aqua feniculi mirabiliter vꝫ. Serap. autem ſecũdo bre. deſcribit liquorem ſic factum. Capiatur epar vrſi ⁊ ſcindatur in fruſtra ⁊ inter vnum fruſtuꝫ ⁊ aliud ponatur piper longum ⁊ aſſetur colligaturq̃ liquor emanans ⁊ ponatur intra oculum. ſimiliter fel galline ⁊ perdicis multum laudatur ab auctoribus. Eſt tamen ſciendum ꝙ ſunt quattuor genera fellium. Primum ⁊ acutius eſt animalium de rapina. Secundum animalium quadrupedum ⁊ inter illa fel illius animalis quod eſt calidius. communiter tamen vtimur felle agni vel caſtrati. Tertium fella reptilium animalium venenoſorum habitantium in cauernis de quorum approximationis timore dicetur infra. Quartuꝫ fella piſcium que ſunt temperatiora cum refrenẽtur a complexione fri. piſcium. ⁊ iſta gradatim debẽt approximari in exiccatione talis humiditatis ⁊ ſemper in approximatione iſtorum medicns ſit preſens ⁊ ſi dolorẽ inferunt poteſt accipere aquam roſatam albumẽ oui vel parum de lacte ⁊ pannos lineos in iſtis madefactos apponere ad remouendum dolorem inductuꝫ ab huiuſmodi fellibus. Vſuale tamẽ magis fel eſt fel gal-

line. laudatur etiã fel canis leporarij fel tauri ſ3 viſuale magis eſt fel perdicis. De emplaſtris exiccatiuis recitat Mathe' gradi de quodaz emplaſtro poſito a quodam emperico in oculo cuiuſdam nobilis matrone papieñ. ⁊ in remotiõe emplaſtri ſequutus eſt oculus emplaſtrum ita ꝙ ſui fortitudine euulſit ligamenta oculi. ideo in eorum vſu eſt maxima cautela habenda: quare ⁊c.

¶ Cura catarracte ⁊ imaginationum.

Differt cura catarracte a cura imaginationũ: quia ea que valent in cura catarracte debẽt eſſe fortiora ⁊ he egritudines poſſunt eſſe per cõmunitatem ⁊ per eſſentiam. Et quando eſt per cõmunitatem primo opportet attendere membro cõmunicanti. verbigratia. ſtomacho ſi ab eo veniat ⁊ debemus cõſiderare an virtus ſtomachi ſit debilitata ⁊ ita cõfortare eam ⁊ ſi eſt materia flegmatica oportet digerere eaz deinde euacuare. ſed hoc dicitur. c. de indigeſtione ſtomachi proueniente a materia flegmatica. Alia intentio eſt circa oculum: ⁊ tunc oportet eum calefacere ⁊ exiccare vt dicetur. Si vero ſit vitio ꝑprio oculi vel cerebri: opꝫ conſiderare ſi catarracta ſit confirmata: vel nõ: quia ſi nõ recipit curã niſi per operationem manualem vt cum acu. aliquando eſt talis diſpoſitionis ꝙ etiam cũ hoc ingenio non recipit curam: ideo debent haberi ſigna ad cognoſcendum ſi eſt confirmata vel non. Primo ergo debet fieri compreſſio ipſius oculi aliquanto tẽpore poſtea aſpiciẽda eſt pupilla ipſius oculi ſi illa catarracta eſt ſubtiliata eſt ſignũ ꝙ non eſt adeo groſſa ⁊ inuiſcata cũ tunicis oculi q̃n poſſit deponi. Si vero eſſet nimis ſubtilis non obediret depreſſioni: ideo oportet ꝙ talis catarracta habeat ſubſtantiaz mediocrem. ⁊ cõmuniter hoc obſeruant practici ꝙ ſi talis catarracta nõ ſit cõfirmata recipit curam abſq; operatione manuali que perficitur vt dicetur. In hac cura quinq; intentiones ſunt obſeruande. prima eſt debitũ regimẽ. ſecunda digeſtio aquoſitatis in cerebro ⁊ oculo parate fluere. tertia euacuatio. quarta diuerſio. quinta exiccatio ⁊ conſumptio illius materie.

¶ In prima intẽtione ex quo materia eſt vaporoſa vel aquoſa regimen debet eſſe calefactiuũ ⁊ exiccatiuum. vitandus eſt ergo aer pluuioſus ⁊ hu. ⁊ eſt alterãdus aer ad cal. ⁊ ſic. etiaz dieta debet eſſe cal. ⁊ ſic. ⁊ regimen multũ facit in cura iſtius egritudinis. ex eo ꝙ materia ſiue egritudo eſt cronica vt dicit Aui. in principio capituli ꝙ debent eſſe cõtenti ieiunio ⁊ abſtinentia. comedant ſemel in die. vel ſi eſt eis difficile ſaltem alleuient cenã. non comedãt brodia nec bibant vinũ. de quo dubitat Sen. an conueniat vide eum loco ſuo. ⁊ ita alie res nõ naturales ita diſponãtur vt calefactio ⁊ exiccatio ex eis proueniat.

¶ Secũda intentio eſt digeſtio aquoſitatis. digeſtiua aũt ſunt ſicut mel roſa. ſi participaret aliquanta viſcoſitate vt. R. mellis roſa. ℥. ſ. oximellis. s. ℥. ß. aquarũ feniculi ⁊ maiorane añ. ℥. ſ. ß. miſce etiam cuz ſiru. de ſticados cum aqua feniculi ⁊ maiorane. maiorana enim eſt multum ſingularis etiam eius olfatus vt dicit Auicen. ⁊ ita practici faciunt vt patiens teneat ſaccum ſindonis plenum maiorana ſic ante oculum ⁊ nares. poſſumus enim exhibere predictos ſirupos vſq; ad. ix. dies.

¶ Tertia intẽtio eſt euacuatio de qua ponit Aui. cañ. videlicet ꝙ non debemus eſſe contenti vna euacuatione ſed ſepius eſt fienda ⁊ non ſolum bis vel ter ſed totiens donec egritudo in totum remoueatur. complemus autem hãc intẽtionẽ euacuacionis maxime cũ pillulis vt exhibẽdo pillulas lucis que ſingulares ſunt in euacuãdo aquoſaz materiã a cerebro ⁊ oculis. agari. etiã tro. vꝫ multũ. Si vero ſine cuſtodia volum' dabim' pillulas maſticinas elefanginas de hiera aſſaieret dãdo ſingula hebdomada tres q̃n vadũt dormitũ. Si aũt cõi cuſtodia volum' eũare ⁊ radicare materiã dabim' pillulas

cochias exhibẽdo a.ʒ.ſ.vſqꝫ ad.ʒ.iiij.laudãt et aliq flo.tamen raro fienda eſt vt dicit Aui. ꝛ Sen.qꝛ p flo.cerebrũ infrigidatur ꝛ multiplicat aquoſitas in eo.

¶Quarta intentio eſt diuerſio que completur cum fricationibus cliſterijs ſuppoſitorijs poſitione extremorũ in aqua cal.cum ruptorijs ꝛ ſectano vt ſupra.

¶Quinta ꝛ vltima intentio eſt exiccatio vaporũ ꝛ cataracte.ſi.n.pôt reſolui cũ his q̃ per interius applicant laudantur confectiones cale.ꝛ reſolu.aquoſitatis vt dictum eſt exhibẽdo vnaquaqꝫ die ʒ.ij.Confectio Humain maxime laudat a Meſ.c.debilitatis viſus exhibendo.ʒ.ij.poſt cibum quando vadũt dormitum vt ſimul cum vaporibus cibi caput ꝛ oculum petant.Ea vero que per exteriꝰ applicantur ſunt multa ſed in vſu eoꝝ opꝫ duos cañ.Aui.obſeruare.Primus cañ. eſt vt non deueniamus ad iſta per exteriꝰ applicata niſi corpore prius euacuato nam iſta attraherent aquoſitatem ꝛ vapores.Secundus cañ.eſt ꝙ debemus incipere a leuioribus.de quo facit dubitationem Sen.vide ipſum:ꝛ quia oculus ẽ membrũ maxime ſenſitiuum:ideo oportet paulatim eum aſſuefacere:vt primo cum aqua feniculi vel eius ſucco preparato:videlicet faciendo eum reſidere vt dictum eſt ſupra.aqua etiã melliſque fit ex melle elãbicato ẽ optima in abſtergendo Gulielmus iudeus eam multum laudat in maculis faciei abſtergit enim multum laudatur etiam dicta aqua mellis a Sen.q̃ dicit ſe habuiſſe a fidedigno oculiſta ꝙ multum valet ad albuginẽ ꝛ maculas oculorũ.valet etiam aqua rute ꝛ ſuccus eius extractus ſicut ſuccus feniculi domeſticũ etiam eſt zucharum cãdum ſiue nabit in remotione macularũ ꝛ albuginis de quo liberaui quandam dñam de butigellis que paſſa fuerat longo tempore albuginem in oculis ꝛ cui facta fuerant multa remedia ꝛ tandẽ exhibui ei puluerẽ zuchari cãdi et curata eſt.Serapinuꝫ quod eſt gummi quoddã eſt etiã ſingulariſſimum vt habetur ab Aui.ſecũdo cañ.c.proprio cũ quo curaui quendã q̃ paſſus fuerat catarractam ꝛ p ſolam applicationem ſectani per ſex menſes ꝛ ſerapini diſſoluti in vino granatoruꝫ curatus eſt.capitur etiam et diſſoluitur dictum ſerapinum in aqua roſ. vel feniculi vel mellis elãbicati ꝛ paulatine ipſum apponitur miſcendo de lacte ꝛ de albumine oui ꝛ zucharo cando vt oculus aſſuefiat.cõmendatur etiam ab Auicen.puluis capitum hirundinũ.vrina etiam infantis qui nondum deuenerit ad pollutionẽ.curat enim virtute ſua exiccatiua:ꝛ quia dicta vrina habet horribilem odorẽ neqꝫ extracta a veſica pôt longo tempore conſeruari quin putrefiat:poſſumus cum hoc ingenio eiꝰ odorẽ remouere.poſſumus enim accipere parũ feniculi ꝛ ponere ſcũ vrina ad elambicum et diſtillare ꝛ qđ exhibit nõ habebit tm̃ fetorem nec ita putrefiet.balſamus etiãꝫ eſt optimus ſi vna gutta ponatur in oculum exiccat eum ꝛ etiam conſeruat in illa diſpoſitione que erat tempore ſanitatis ipſius oculi.ſed qꝛ eſt de eo penuria non eſt ſic in vſu.Alminiſtin ideſt os ſcipie de quo vtũt r aurifices multum laudatur pulueriʒando ipſum et immittendo in oculum abſtergit enim aquoſitates.Fella etiam multum valẽt:ſed ad iſta tam fortia a principio non eſt deueniendum niſi cum timore.ſtent ergo aliquo tẽe vt non imponantur.Ubi aũt alia remedia non contulerint ꝛ neceſſe eſt applicare huiuſmodi fella incipiendum ẽ a debilibus.Debilius autem eſt fel piſciũ etiam fel agni caſtrati eſt ſatis debile.ſi etiam debilius volumus habemus fel galline ꝛ perdicis Si autem fortia volumus habemus fella animalium de rapina viuentium vt ancipitris falconis aq̃le.fel etiam vipere et aliorum animaliũ reptilium valet.

¶Nota tamen ꝙ in adminiſtratione fellis vipere ꝛ aliorum animalium venenoſorum eſt timor propter venenoſitatem. penetrant enim huiuſmodi fella et alia impoſita in oculum ad os per colatoriũ vnde poſſet ad ſpiritualia ꝛ ſtomachum per os trãſire.iõ aduertendum eſt et debemꝰ ingeniari vt nõ trãſeat ad hmõi mẽbra.ꝛ p hoc vide.Sẽ.Sed vnum ingenium ſingulare eſt vt teneant in ore pa

tientes aquam quando ponūt huiuſmo
di fella: qꝛ pertranſiens ad os permiſce
tur cum aqua ⁊ non tranſit. debet etiam
hec aqua ſepe renouari ⁊ ſi cum hoc po
neretur de aliquo tiriacali cum aqua eſ
ſet bonum maxime de his q̄ habent ſpe
cialem contrarietatem ad venenum vipe
re que habent videri ſexta quarti. pꝛepa
tionem autem carniuꝫ viperarum habes
quarta quarti capitulo de lepꝛa. lege
ibi. et modum adminiſtrandi ⁊ conditio
nes: quare ⁊c.

CReticus fixus ſm Aui. pꝛo-
uenieſ a mā. ſan. vel ab apa
tibus nō debet reſtringi cā
eſt Auicē. Sꝫ in cura fluxus
non cretici requirunt quat-
tuoꝛ intentiones. pꝛima debitū regimen
ſcda diuerſio ſan. ad nares fluentis. ter-
tia retentio eius. quarta abſciſio cauſe
fluxus.

¶ In pꝛima intentione regimē debet eſſe
ad retentionē ſan. ⁊ conſtrictionē via-
rum per quas tranſit ſan. Aer ergo di-
ſponatur ad frigiditatem cū aqua impo
nendo acetum cum aqua ro. Et frōdes et
folia rerū fri. vt folia vitis ſalicis nenuſa
ris viol. roſ. ⁊c. In regimine cibi dimit-
tantur carnes ⁊ oua foꝛ. ⁊lꝫ Aui. laudet
oua hoc tamen eſt ſm diuerſam pꝛepara
tionem alterata puta ad fri. ⁊ indurata
qꝛ nō opoꝛtet vt multū generēt ſan. oua
autem liquida tremula ſunt q̄ generant
multū ſan. ⁊ ſubtilē. indurata vero groſ
ſum et eum taliter ingroſſauitq ſan. red
ditur inept⁹ fluxui. Ubi vero ſan. fit ſub-
tilis ⁊ colericus pꝛeparabimus cibos cū
agreſta vino granatoꝛum ſuco arāncioꝛū
limonū ⁊c. Et cum aqua ferrata quia ſua
ſtipticitate reſtringit ſan. ⁊ adhibenda
ſūt cibaria viſcoſa vt pedes ⁊ capita ani
maliū vt vituli caſtrati ⁊c. etiam vtat̄ ci
bis de paſta caſeo recenti viſcoſo. vtatur
etiam quiete ⁊ non motu vt hu. nō agitē
tur ⁊ fluant.

¶ Secunda intentio eſt diuerſio in qua
maioꝛ pars cure conſiſtit in qua inten-
tione laudat Raſis ſtrictionem bꝛachio
rum et appoſitioneꝫ ventoſarum ſupꝛa
ven. ſed caue ne ponantur ſuper vmbili-
cum vt ſibi non accidat ſicut accidit cui
dam mulieri de qua recitat Sillan⁹ cui
fuit appoſita ventoſa ſupꝛa vmbilicum
⁊ repleta eſt ventoſa pinguedine ⁊ moꝛ-
tua eſt mulier illa. etiam laudatūr flo. q̄
eſt melioꝛ res ſm Aui. que poſſit fieri in
hac intentione: qꝛ diuertimus ſan. qui
eſt in via fluxus. loca autem flobotomie
per que diuertimus diuerſificantur ſecū
dum diuerſitatem coꝛpoꝛum: quia ſi eſt
coꝛpus repletum fienda eſt flobotomia
ex latere contrario. ſi vero non multum
repletuꝫ fienda eſt ex latere eodem. Aui.
aūt laudat flo. vene inter ſpatulas q̄ ē
ſublimis iuuamēti ex eo ꝙ ꝓhibet ſan.
eleuari ad partes ſuperioꝛes. Uentoſe ēt
in diuerſis locis applicate laudantur cū
ſcarifi. etiam ſine ſcarifi. ⁊ hoc ſecunduꝫ
virtutis tollerantiam. laudantur etiam
ventoſe appoſite ſupꝛa hypocūdria ⁊ ſūt
maximi iuuamenti videlicet ſi ſang. fluit
ex nare dextra: tunc ponantur ſuper hy
pocundrium dextrum. ſi vero econtra fi-
at econtra. etiam ligature doloꝛoſe etiā
fricationes valent etiam ponere manus
et pedes in aqua cali. ſimiliter inductio
magni timoꝛis valet multum quia re-
trahitur ſan. ad coꝛ. de quo vidi experiē-
tiam in Leonardo de vale. laudatur etiā
pꝛoiectio aque frigide in faciem infirmis
non aduertentibus pꝛoijciendo duos vel
tres ciatos vnum parum poſt alium etiā
per alios timoꝛes.

¶ Tertia intentio eſt retentio ſan. que fit
cum conſtringentibus vias et ingroſſan
tibus ſan. ⁊ hec intentio completur cum
diuerſis ingenijs. Pꝛimo cum infri. per
interius et exterius applicatis. per exte
rius cum embꝛocationibus ſupꝛa caput
cum inſufflatione. in naribus cum liquo
ribus licinijs poſitis ad intra nares ⁊
cum odoꝛamentis. etiam per interius ad
miniſtrando facientia ad clauſionem.
quedam per infrigidationen vt opium
lactuca iuſquiamus poꝛtulaca quia im-
mobilitant ſan. Secundo cum ſtip. ſtip-
tica etiam ſunt que faciunt vnionem in
ſubſtantia membꝛoꝛuꝫ per que fluit ſan.
et ſunt ſicut roſe balauſtie coꝛtices gra-
natoꝛum ſubmach. tela aranearū ⁊ cum
inuiſcantibus et cauterizantibus ge-

nerando cruſtam. De inuiſcatiuis ſunt ſicut flos farine molendini mucilago pſl lij iſta eni ſua inuiſcatione generant eſcaram ⁊ faciunt adherere partes vulneris per exterius applicata. calx autem ⁊ vitriolum generant eſcarã cauterizando. confert etiam adminiſtrare cauteria. Cõpletur etiam hec intentio cum his que a proprietate valent vt cum baſilicone. ſcz ſucco eius per nares attracto. etiaꝫ cum ſucco porrorum. occulta enim proprietate valent ⁊ non manifeſta: poſſumus tamen cum eis adminiſtrare res que remouent manifeſtã cali. ſicut facit Raſis miſcendo ſuccum albedarungi. idest baſliliconis cum camphora. Et licet iſte habeant manifeſtã qualitatẽ cali. plus tamẽ facit illa occulta proprietas ꝙ illa manifeſta qualitas. Stercus etiam aſininum valet inuoluendo cotum in ipſo maxime quando eſt recens ⁊ in nares imponendo. valent etiam cerebella gallinaꝝ ⁊ lapis iaſpis habet etiam proprietateꝫ reſtrictiuam. valet etian ſi fiat licinium ex folijs vrtice prius tamen in manibus aliqualiter fricatis. ¶ Nota tamẽ quod Auicena. in adminiſtratione rerum infrigidantium ponit duos canon. obſeruandos. Primus canon. ꝙ in capite non vtamur vltima infrigidatione propter congelationem ſanguinis in cerebro exiſtentis; ideo a nimia infrigidatione cauendum eſt. Secundus canon. ꝙ debemus ſemper a leuioribus incipere. In adminiſtratione autem cauterizantium ponit caſu. quia ⁊ ſi huiuſmodi reſtringat ſang. illico tamen quia poſtea cadit eſcara: tunc magis fluit ſang. qꝛ foramẽ ampliatur. Infrigidatur etiam ſang. cũ his que per interius exhibentur vt exhibere ſiru. infirig. in aurora vt ſiru. de ſucco aceto. de cito. ꝺ granatis. ⁊ h ſi ſang. eſt ſubtilis non inflãmatus. ſed ſi eſſet inflammatus poſſumus exhibere fortiores vt de agreſta de acetoſitate citri de limonibus exhibendo eos cum tro. habentibus virtuteꝫ reten. vt tro. de terra ſig. de charabe exhibẽdo a. ʒ. ij. vſqꝫ ad. ℥. ſ. vt. ℞. ſiru. ro. ℥. ſ. ſiru. ꝺ granati. ℥. ſ. aquarum plan. ⁊ acetoſe. añ. ℥. ſ. ꝯuenit etiã aqua ſolotri ⁊ oẽs ſunt vſuales cũ predictis ſirupis. Si vero iſta non ſufficiunt vltimo ⁊ in caſu deſperato ad ſtupefa. deuenimus que ingroſſant ſang. Primum ⁊ domeſticum ſtupefactiuum quo practici communiter vtũtur eſt athanaſia que exhibetur a. ʒ. ſ. vſqꝫ ad. ʒ. j. filoniuꝫ per ſicum etiam: ⁊ multũ valet in ſuperfluo fluxu ſangui. ⁊ de eo recitat Matheus gradi hyſtoriam de quodam qui non poterat dormire per. xxij. dies ⁊ cum exhibuiſſet dictuꝫ filonium ſtatim dormiuit ⁊ ceſſauit ſangui. fluxus. doſis fuit. ʒ. ſ. de quo fiet infra etiam ſermo. ¶ Retẽtio etiam ſangui. fit per ea que per exterius applicantur vt cũ epithematibus capiti appoſitis etiam collo factis cũ aqua ro. planta. ſolatri ſemperuiue lactuce capiẽdo ex vna iſtarũ vel ex pluribus ⁊ infundendo pannos lineos ⁊ ipſos infuſos ſupra caput ponere ⁊ circa collum vt conſtringantur vie ⁊ infrigidetur ſang. etiã faciẽdo trahere per nares de iſtis aquis Retinemus etiam ſanguinem cũ licinijs capiẽdo cotum infuſum in dictis aquis ⁊ in nares ponendo etiam ſan. dra. bolũar. ⁊ thus ⁊ incorporando in albumine oui: deinde dicta licinia intingendo ⁊ ponere intra nares. ſed Galenus quinto de ſim. medicina dicit ꝙ nullum eſt excellentius remediuꝫ ꝙ cõpoſitio ex aloe ⁊ thure incorporentur enim ad inuicem cum albumine oui. ⁊ excedit dicit ipſe oẽ remedium ad retentionem ſan. non autẽ eſt timendum de aloe Et ſi aperiat orificia venarum. hoc enim habet virtutem exhibitum per interius. ſed per exterius non aperit: immo habet virtutem glutinatiuam. etiam valent inſufflationes puluerum in nares. ſuccus etiam baſiliconis quia proprietate curat attrahẽdo eum per nares vel cũ licinijs appoſitus ſtercus etiam aſininũ exiccatuꝫ ⁊ in pulueremredactum ⁊ de dicto puluere inſufflando in nares. Nicolus floren. ponit ſi capiatur ſan. columbe ⁊ exiccetur ita vt in puluerem redigatur poſtea inſuffletur in nares cum cãna multum valet etiam cum albumine oui incorporetur ⁊ licinia intingantur que ad intra nares ponãtur. etiã valet limatia cum teſta aſſata ⁊ in puluerem redacta poſtea

inſufflata intra nares. vel ſi incorporetur
dictus puluis cum albumine oui ⁊ intin
gantur licinia vt ſupra valent. laudatur
etiam thus incorporatum cũ aloe vt di-
ctum eſt de mente Sal. Alique precanta
tiones ponuntur a Nicolo flo. ꝙ ſi ali-
quis accedat ad burſam paſtoris ⁊ geni
bus flexis dicat ter pater noſter ⁊ totidẽ
aue maria ⁊ concede deus cum tuo pre-
cioſo ſanguine ⁊c. ⁊ eam ſuſpendẽdo col
lo valet in retentione ſangui. dicit etiam
ꝙ ſi de ſan. fluente ex naribus/ ſcribatur
conſumatum eſt. etiã valet iſta. vide per
teipſum.

Quarta ⁊ vltima intentio eſt abſciſio
cauſe fluxus. Prima cauſa poteſt eſſe co
lericitas ⁊ acuitas ſanguinis quez opor
tet purgare etiam cum his que contenti
uam confortant. Secunda cauſa poteſt
eſſe ruptio vene que curatur cum conſoli
dantibus. Si vero cauſa fuerit venenoſi
tas vt in peſtilentialibꝰ: illa debet remo-
ueri vt dicitur in cura feb. peſtilentialis.
Si aquoſitas: illa debz euacuari. Si de
bilitas contentiue: illa debet confortari
quare ⁊c.

Cura ſquinantie.

Pro cura ſquinantie ſex intẽ
tiones ſunt obſeruande. pri-
ma eſt debitum regimen. ſe-
cunda diuerſio hu. fluentis
ad locũ apoſtematis. tertia
repercuſſio. quarta digeſtio. quinta era-
dicatiua euacuatio. ſexta reſolutio: ⁊ iſte
intentiones debentur ſquinantie per re-
ſo. terminande. Si vero terminetur per
viam collectionis ad ſaniem: alie inten-
tiones requiruntur. prima eſt maturatio
ſecunda ruptio. tertia abſterſio. quarta
conſolidatio. ⁊ in his completur tota cu
ra. Sed priuſꝙ̃ ad curam deueniamus
ſunt notandi cañ. aliqui. Primus eſt ꝙ
in huiuſmodi cura cum ſit de morbis ci-
to terminabilibus oportet apponere om
ne ſtudium ꝙ eadem die curemus eã iux
ta affo. quarte particule. Medicari in
valde acutis ⁊c. ⁊ prime particule. Ad
vltimas egritudines ⁊c. ⁊ quarta primi.
Quando egritudo eſt timoroſa ⁊c. No.
etiam ꝙ iſte ſex intentiones reducuntur
ad duo fundamenta. In preſenti ergo cu
ra duo principaliter intendimus. Pri-
mum eſt quãdo occurrimus corpori ſquĩ
nantico prohibere augmentum ſquinan
tie ſicut dictum eſt de freneſi: quia ſi ſquĩ
nantia deuenit ad completam magnitu
dinem interficit ſuffocando. prohibito er
go augmento ⁊ fluxu: poſtea intendimꝰ
remouere quod fluxum eſt. Primo ergo
prohibemus augmẽtum apoſtematis p
primam intentionem. ſcilicet cum admi-
niſtratione debiti regiminis videlicet eli
gendo aerem fri. ⁊ facere vt infirmus vta
tur dieta ſub vno vel duobus diebus ſtã
do ſine cibo ſi eſt poſſibile. vtatur etiam
cibis liquidis faciliter deglutiẽtibus vt
ptiſana or. amilo diſſoluto in aqua or.
vitentur oua ſor. etiam vinum quia facit
ad inflammationem humorũ ⁊ apertio-
nem viarum. vtatur etiam in potu ſuo iu
lep ro. aqua ordei vino granatorum.

Secunda intentio in qua maior pars
cure conſiſtit ad prohibendum augmen
tum apõatis eſt diuerſio. ⁊ hec completur
per flo. Aui. autem in capitulo generali
⁊ ſpeciali laudat eaz quia duo capitula
facit ſquinantia. debet autem ſufficiens
quantitas ſan. exhiberi de quo fuit du-
bium: quia primo laudat flo. vſꝙ ad ſin-
copim. poſtea timet ſincopim dicendo ꝙ
eſt timendum virtute exiſtente debili ma
xime quia ſunt impotentes in deglutien
do ⁊ non poſſunt cibum accipere. virtute
vero exiſtẽte forti ⁊ cum plenitudine cor-
poris tunc facimus flobo. vſꝙ ad ſinco-
pim ſecũdum diſcretionem medici viden
tis. Diuerſificatur enim vena que debet
flobotomari ſm diuerſitatem repletionũ
qr maxima exiſtente repletione primo de
bet fieri floboto. a ſaphena poſtea a baſi
lica vel nigra deinde a cephalica. ⁊ non
prio a cephalica: qr plus de materia tra
heret ad ſuperiora ꝙ̃ euacuaret. poteſt
etiam fieri magis vel minꝰ copioſa ſm di
uerſitatez corpoꝝ. ⁊ relinquit hoc diſcre
tioni medici. Diuertimꝰ etiam faciendo
ſolu. ven. vbi materia ſit alia a ſangui-
ne vel ſanguini mixta. ideo laudat Ra
ſis ſuccum fructuum. Auicena autem ti
met ſolutiua fortia quia agitant humi.

qui poſtea fluunt ad locum apoſtematis
⁊ maxime in prin. debilia vero poſſumus
exhibere vt dando. ℞. prunorū thama-
rindorum ana. ℥. j. ß. coquantur cum. ℥.
viij. aque ad conſumptionem tertie par-
tis: deinde decoctioni admiſceatur man
ne electe. ℥. ſ. ß. ⁊ fiat potio. Diuertimus
etiam cum cliſterijs que non ſunt acuta
nec multū fortia nec inflammabilia ſed
ſint leuia maxime vbi coniungatur feb.
vbi aūt non coniungatur feb. poſſumus
exhibere fortiora maxime materia exiſtē
te flegmatica. Diuertimus etiam cū ap-
plicatione ventoſarum in ſpatulis in ad
iutorijs brachiorū: ſed primo applican-
de ſunt in partibus inferioribus qꝛ ma-
gis diuertunt. Diuertimus etiam cū fri-
cationibus ligaturis cuꝫ impoſitione ex
tremitatum in aqua calida vt ſupra di-
ctum eſt. Diuertimus etiaꝫ ⁊ eſt ingeniū
vulgare cum fricatione compreſſiua fa-
cta in parte ſilueſtri brachiorum prope
iuncturam manus vbi inueniuntur que
dam parua nodorum ad modum nerui
que tandiu fricentur quouſqꝫ videantur
deleta quod fieri non poteſt abſqꝫ dolore
quare diuertūt cum dolore.

¶ Tertia intentio que fit ad prohibendū
augmentum apoſtematis eſt repercuſſio
que completur cū gargariſmatibus fri.
⁊ ſtip. in gutture vt conſtringant vie ⁊ mē
brum apoſtematum vꝫ cum aqua plan.
ſolatri lactuce ro. vel aceto. ſiue ſucciſea
rum adminiſtrando ⁊ gargarizando.
Laudat etiam Auicē. acetuꝫ aquam fon
tium ⁊ aquam roſa. cum aceto. ſingula-
ris etiam eſt aqua agreſte etiam vinum
granatorum etiam ſuccus mororuꝫ ⁊ fa
cere gargariſmū ex iſtis omnibus ⁊ hoc
per ſpatium trium dierum in quibus ma
teria fluit. etiam ſingularis eſt ſuccus nu
cum viridium accipiendo nuces virides
ſiue eius cortices exteriores ⁊ contunde-
re ⁊ extrahere ſuccum ⁊ de dicto ſucco
gargarizare. dicit Gal. in libro. vj. x. tra
ctatuum. Excedit omnia in repercuſſio-
ne. ⁊ ibidem Gal. recitat hiſtoriam de ru
ſtico. etiam poſſumus exhibere compoſi
ta ad gargarizandum vt confectionem
de ſucco nucum ⁊ ponitur a Meſ. ⁊ tene
tur confecta. Eſt aliud practicum reme-
diū ſcilicet diamoron ⁊ tenetur confectū.
Eſt etiam aliud vſuale multuꝫ vſitatū a
barbitonſoribus videlicet zucharum re
tinendo ipſum in ore vel diſſoluendo in
aquis predictis. eſt etiam diadragantuꝫ
Nicolai. debet enim teneri ſuccus in ore
eſt etiam confectio diacodion que dicta
eſt in cura catarri calidi facta ex ſucco
papaueris albi. etiam eſt ſirup. roſa. de
ſucco aceto de granatis. Sed in reper-
cuſſione duo caſ. ſunt obſeruandi. Pri-
mus eſt vt non applicentur extra ſiue cir
ca collum repercuſſiua quia intus con-
ſtringerent materiam: ideo practici non
inungunt cū oleo ro. ſed amigda. dul. et
camomillino ſed nō in principio ſed poſt
modum. Secundus ꝙ non ſint applicā-
da ca. quia plus traheremus q̃ reſolue-
remus. ſed quando factum eſt apoſtema
ſemper cum repercuſſiuis adminiſtrāda
ſunt abſterſiua: qꝛ ſemꝑ reſudat aliquid
ex loco apoſtematis. ⁊ hoc eſt cōe omniū
apatū intrinſecorū vt admiſcendo parū
zuchari qꝛ abſtergit. ⁊ hoc quando cre-
ſcit apa magis miſcemus repercuſſiua.

¶ Quarta intentio eſt digō. vnde ſi ma
teria fuerit cali. digeratur cū ſiru. fri. vt
cum ſiru. ro. de ſucco aceto. de granatis
de cito. qꝛ infrigidant ⁊ ingroſſant mate
riam cū aquis plan. ⁊ aceto. Si aūt ma-
teria eſt fri. conueniūt mel roſa. cū ſiru.
ace. oximelle. s. qꝛ incidūt ⁊ ingroſſant.
conuenit etiam aqua abſ. hꝫ enim ſimul
virtutem ſtip. ⁊ digeſtiuam.

¶ Quinta intentio eſt eūo eradicatiua
que complet cum flo. ⁊ ſol. ven. cum flo.
videlicet flobotomando venam cephali
cam ſiue venam ſub lingua propinquaꝫ
loco. errāt ergo barbitonſores q̄ a prin.
flobotomant venas ſub lingua quia vi
ſum eſt ſcholarē vnum mortuum eſſe ex
tali flo. Si tamen Aui. laudat eam eadē
die non facit hoc niſi factis alijs flobo-
tomijs ⁊ eūonibus ne eger ſuffocet. Aui.
dicit ꝙ aliqū flo. nō eſt neceſſaria: qꝛ ſtat
ꝙ aliqū nō ſit in capite nec in corpore re
pletio ⁊ materia ſit pauca. Cōſulo tū ꝙ
in omni caſu bonū ē facere flo. qꝛ in om
ni cōiungit repletio ille aūt caſus q̄ di-
cit ꝙ ſtat ꝙ nō ſit repletio ē caſus ad ima
ginationē nō aūt de facto cōuenit. Com

pletur etiã hec intentio cũ ſo.ven.vz cum
euacuantibus hu.cal.vt cũ pillulis ag-
gregatiuis pillulis aureis.elĩo de ſucco
ro.cum mirabo.in ſubſtantia vel inſuf.
⁊ ſic de alijs.

¶ Sexta intẽtio eſt reſolutio materie flu
xe remanentis que completur cũ garga-
riſmatibus empl̃is gargarizando ex de
coctione paſſularũ ficuum ſiccarũ dacti-
lorum croci.faciunt enim ad maturatio
nem ⁊ reſo.apatis.laudatur etiã lac ma
xime in augmento non aũt in prin. qr eſt
minime fri.ideo nõ bene repercuteret lau
datur etiam decoctio fenugreci ⁊ camo-
mille gargarizãdo de ea. poſſumus etiã
mel ro.in iſtis decoctionibus admiſcere.
errant ergo barbitonſores qui a prin.fa
ciunt iſta. ⁊ cã erroris eſt:qr aliquando
vident medicos facere iſta remedia vt ex
bibere diamoron ⁊c.ipſi autẽ barbiton-
ſores ignorant in quo tempore predicta
exhibenda ſunt ⁊ ꝙ hoc ſit verum pz qr
exhibent diamoron in omni tempore:qd
eſt infri.⁊ conſtrictiuũ.Complemus etiã
hanc intentionẽ reſo. cũ inunctione olei
camo.lilij cũ empl̃o facto ex farina fenu
greci ſeminis lini oleo amig.d. etiam cũ
empl̃o facto qd a proprietate vz.ſ. fcõ ex
nido hirundinum ſimul cũ aliqua.d.ap-
propriata ⁊ oleo camomillino.põt etiã
decoqui cũ vino al.etiã filũ coctum cum
cineribus ⁊ cal.circundatum coll̃o vz ⁊
hoc faciunt mulieres.errant tñ ſi a prin.
faciunt iſtud. Sunt etiã alia que a ꝓprie
tate valent.ſ.ſtercus canis albũ comedẽ
tis oſſa tenendo dictũ canẽ in camera et
dando ei oſſa ad comedendum poſtea ac
cipere de ſtercore ⁊ redigere in puluerem
⁊ inſufflare in guttur. etiã filum lane in
tinctũ in ſanguine muricis poſtea ſtran-
guletur ex eo vipera deinde inuoluatur
collo habentis ſquinantiam. ⁊ in hoc cõ
cordant omnes auctores.puluis etiã hi-
rundinũ exiccatarũ ⁊ conbuſtarũ multũ
vz.⁊ ponit Auicẽ.eius compoſitionem.
Ea etiã que a proprietate valent ponunt
ab auctoribus multa.Gal.vndecimo de
ſim.medicina vbi recitat hiſtoriã capie
bat ſtercus infantis comedẽtis lupinos
ſiue panem farine lupinorum poſtea exic
cabat ⁊ in puluerẽ redigebat deinde cũ
melle electo inſufflabat in guttur. ſter-
cus enim huiuſmodi non fetet. valent et
capita piſcium ſali toſtũ exiccata ⁊ in pul
uerem redacta que in guttur inſufflent.
iſta tamen ſtercora canis ⁊ infantis non
exhibeantur in prin.nec in augmẽto: qr
ſunt cal.⁊ ſic.cõplexionis: ideo forte at-
traherent materias.Et hec omnia fien-
da ſunt vbi apa deueniat ad hoc vt cure
tur per viam reſolutionis.Si vero ad ſa
niationem deueniat:tunc maturet cũ em
plaſtro facto ex farina fenugreci ⁊ ſemi-
nis lini.ſanie autem generata rumpatur
primo maſticãdo dura vt cruſtam panis
violenter deglutitã.erumpitur etiam ali
quando cũ digito ⁊ aliquando ſi videri
poteſt cũ inſtrumento incidendo apoſte-
ma poſtea inclinare faciẽdo caput vt ma
teria exeat ⁊ non trãſeat ad pectus. quo
erupto mundificetur cũ melle ro.⁊ aqua
or.Deinde apate mundificato ⁊ abſter-
ſo reſtat intentio conſolidatiõis ad quã
intentionem vz boluſar.ſan.dra.tbus vt
in capl̃o de ptiſi dicetur:quare ⁊c.

¶ Cura tuſſis.

Cura tuſſis diuerſificatur ſm
diuerſitatem cauſarũ. Si a
cã primitiua proueniat cura
eius eſt abſciſſio cauſe primi-
tiue ⁊ remotio impreſſionis
facte in membris in quibus impreſſit. Si
vero proueniat propter cõitatem ab ali-
quo membro cura erit in regimine illius
membri cõicantis remouendo cõitatem
illorum membrorũ:deinde remouẽdo im
preſſionem factã in membris ſpũalibus.
Si vero ab apoſtemate facto in pectore
vel pulmone recurrẽdũ eſt ad curã pleu-
reſis vel peripleumonie de quibꝰ dicet in
fra. Si a ſanie in pulmone collecta dice
tur capitulo de empimate. Si a ruptura
vene dicetur in capitulo de ſputo ſan. Si
ſit tuſſis per eſſentiã aut eſt propter ma-
lam complexionem immaterialẽ vel ma
terialem. Si per immaterialem vel cal.
vel fri.vel humi.vel ſic. Si frigida cura
eſt in remouendo eam cũ cali.ſ. cum his
que per interius ⁊ exterius exhibentur
inter que ſi frigiditas nõ eſt excessiua di-

cit Aui. ꝙ retentio aeris in anhelitu calefacit pulmonem ꝛ remouet malaꝫ complexionem. Laudat etiam vinum exhibitum cuꝫ ouo ſor. ꝛ diamuſcus dul. ꝛ amarus ꝛ alias cõfectiones cali. regimẽ etiã debet declinare ad cal. Si a mala cõplexione cal. prouenerit curabimus cũ infrigidantibus ꝛ remouentibus malam cõplexionem cal. ꝛ regimen erit declinans ad frigi. Si a mala complexioue ſicca cũ contrariis ꝛ regimen ſit humi. Et ſi ex mala complexione humi. erit econtra. ꝛ regimen ſit ſic. tamen vt plurimum ſit talis egritudo a materia pendens. Si aũt prouenerit a mala complexione materiali diuerſificatur ſm diuerſitatẽ materieꝝ ꝛ de hac tanq̃ vt plurimum contingente tractat Raſis. ideo in cura iſtius pendentis a materia tam cali. q̃ fri. ſex intentiones ſunt obſeruande. prima eſt debitum regimen. ſecunda digeſtio hu. in pul. vel in pec. cõtenti. tertia euacuatio communis cum ſolutiuo. quarta eſt diuerſio. q̄nta euacuatio appropriata per viam ſputi ſiue euacuatio materie in pectore contente. ſexta reſolutio reſidui remanentis.

¶ In prima ergo intentione in cauſa calida regimen diſponatur ad frigi. ꝛ in frigi. econtra. In his autem non eſt ſermo prolongandus quia dictum eſt ſupra capitulo de catarro.

¶ Secunda intentio eſt digeſtio in qua diuerſimode procedimus: q2 aliquando ingroſſamus aliquãdo ſubtiliamus aliquando incidimus aliquando abſtergimus. ꝛ hoc ſm varietatem materie videlicet ſi eſt cali. ꝛ ſubtilis ingroſſabimus cum infrigidantibus. ſi groſſa eam ſubtiliamus. ſi viſcoſa eam incidemꝰ. In cali. ergo procedemus cuꝫ digeſtiuis infrigi. habẽtibus virtutem lenitiuam non retinentibus materiam in pectore ſiue coarctantibus. ꝛ iſta ſunt ſicut ſirupus violatus de iuiubis qui ſunt pectorales. Si vero complicaretur cum inflammatione humi. acuitas ꝛ inſtantia vigiliarum ſicut frequenter contingit: detur ſirupus de papa. vt. ℞. ſirup. de papaue. ℥. j. ſiru. violati. ℥. ß. vel de iuiubis. ꝛ iſti ſiru. ſunt admiſcendi cum aquis videlicet violarũ zuchari vel ordei vel cũ. d. videlicet prunorũ thamarindorũ ſebeſten violarũ ſe. cõmuniũ fri. Aqua etiam ordei ſingulariſſime cõmendatur ſi de ea ſumantur. ℥. iiij. vel. v. vel. vj. in ſero in introitu lecti. ideo aliqui dãt bibere hauſtum aque fri. quãdo vadunt dormitum. ꝛ hoc in tuſſi proueniente a cauſa cali. non autẽ a quacunq;. ideo errant vulgares exhibendo aquã fri. vel aquã in qua extiinguitur carbo ignitus in omni tuſſi indifferenter a qualibet cauſa proueniente. hec autem omnia fienda ſunt quando intendimus materiam ingroſſare. ꝛ in iſto caſu eã cõmendat Auicen. Si vero a cauſa frigi. proueniat exhibemus alios ſiru. pectorales inter quos eſt ſirup. de liquiritia qui tenetur cõfectus in apothecis ꝛ eſt vſualis cum quo ponimus mel ro. ad abſtergendum eſt etiaꝫ ſirup. de iſopo quẽ ſummopere laudat Auicen. ꝛ maxime quando queritur abſterſio. vnde dicit ipſe ꝙ eſt abſterſor bonus aggregati groſſi. eſt etiaꝫ ſiru. de praſſio qui eſt fortius abſterſiuus exhibendo cum aquis ſcabioſe iſopi feniculi praſſij capillorũ uene. ꝛ huiuſmodi. omnes iſte aque valent in materia frigi. vnde poſſumus etiam exhibere infraſcriptam decoctionem pectoralem ꝑ ſe vel admiſcendo cum ſiru. que decoctio ſit ex iſopo praſſio feniculo liquiritia capillouene dactilis. ꝛ eſt decoctio dul. quã poſſumus exhibere cal. in aurora. ſed errant iſti vulgures qui exhibent iſtam decoctionem in omni tuſſi proueniente ab omni materia tam calida q̃ frigida.

¶ Tertia intentio comple͛t cum diuerſis ſolutiuis ſm diuerſitateꝫ hu. vt ſi eſt materia cali. competunt ea que leniunt pectus vt caſſia mãna. conuenit etiam electuarium ro. Meſ. electuariuꝫ de ſucco. ro. diapru. ſolu. Si vero volumus exhibere huiuſmodi ſolutiua in forma pillulari ſm plurimum exhibemus pillulas aureas aggregatiuas a. ʒ. ſ. vſq; ad. ℈. iiij Si vero materia fuerit frigi. exhibemus pillulas cochias de agari. que ſunt cum cuſtodia. poſſumus etiã exhibere pillulas ſine cuſtodia exhibendo in ſero poſt cenam vt ſunt pillule maſticine elefangine agari. tro. de hiera. s. ꝛ compoſita. Et

no. ꝙ Aui. ⁊ Raſ. non videntur vti eua-
cuatiuis in iſta cura ſi bene inſpiciantur
q: nõ ſunt cõſiſi ꝙ hmõi ſolutiua poſſint
ad pul. tranſire.

¶ Quarta intentio eſt diuerſio que etiã
cõpletur cum pillulis ſine cuſtodia poſt
cenam exhibitis cũ caputpurgijs vt ſu-
pradictum eſt.

¶ Quinta intentio eſt eũo propria eũan-
do per cãnalia ꝑ que facilius eũatur ta-
lis materia. ⁊ hec fit cum facilitantibus
ſcreatũ. ⁊ in h̃ maxima ꝑs cura cõſiſtit. ⁊
iſta mã eſt magis apta ꝑ ſputũ eũari q̃
ꝑ fluxũ ven. ⁊ iõ Aui. nõ laudat ſolutiuũ
aliquod. ⁊ h̃ q: materia ſiue loca cõtinen
tia dictã materiam ſunt multum diſtan-
tia a vijs ductuũ vt clarũ eſt. ideo ſoluti-
ua non proſunt. valent potius dicta ſolu
tiua ad cãm antecedẽtem ⁊ in capite exi-
ſtentem. totum ergo ſtudium in hoc etiã
diuerſimode ſm diuerſitatẽ cauſarũ ſiue
materierum. nam ſi materia fuerit cal. ⁊
ſubtilis imbibita in pul. oportebit eam
ingroſſare vt per aerem impellatur ⁊ nõ
ſeparet. Ea vero que hñt virtutẽ ingroſ-
ſandi ſunt quedaz electuaria dicta loch
que ꝑticipant viſcoſitate vt adhereãt gut
turi ⁊ fiat reſudatio in cãna pul. ⁊ tãdem
ad materiam deriuetur per viam breuio
rem: ideo auctores noſtri laudant huiuſ-
modi electuaria q̃ retẽta in ore ⁊ ea pau-
latine deglutiendo reſudant ad cãnam
pul. laudatur etiã zucharum vio. reten-
tum in ore ⁊ muraba. vio. ideſt iulep vel
ſiru. vio. capiẽdo vnum coclearĩũ ⁊ pau
latine deglutiendo. laudatur etiam dia-
dragagantũ ⁊ eſt gummi quoddaz infri.
non aũt dragantũ qd̃ eſt vitriolum tenẽ-
do eũ in ore hz eñi virtutẽ lenitiuã. fit etiã
cõfectio ex huiuſmodi dragaganto ⁊ di-
citur diagragantum. etiã zucharum per
ſe etiã infuſum in aqua or. paulatine de-
glutiendo. laudatur etiã loch diacodion
de q̃ audacter confidatis vt ponit Meſ.
in antidotario. ⁊ iſtud habet virtutem in
frigi. ⁊ mirabiliter operatur dando vnuz
coclearium. vz etiã loch de papauere qd̃
tenetur confectũ hec autem dicta ſunt. ⁊
ſunt ea que per interius exhibẽtur. Per
exterius autem curamus eam inungẽdo
pectus cum oleo vio. ⁊ eſt vſuale remediũ

In cauſa autem frigi. alia faciunt ad ꝓ
poſitum vt confectio penidiorum q̃ mul
tum vſualis eſt etiam confectio diairis a
Nicolao poſita ſumendo de ea ad quan
titatez ciceris. valet etiã loch de pul. vul
pis quod deſcribitur a Meſ. c. de ptiſi. ⁊
habet mirabilem proprietatem in confor
tatione pulmonis. ⁊ eſt Sale. cõfectio eſt
enim vſualis ⁊ confecta tenetur cõuenit
etiam loch ſanũ ⁊ expertum. ⁊ eſt Meſ.
cõfert etiã ſolus ſirup. de liquiritia qua
cunq̧ hora exhibitus videlicet coclearĩũ
vnum ⁊ huiuſmodi omnia loch. poſſumꝰ
exhibere etiam de decoctione dicta facta
ex paſſulis ficubus liquiritia. ⁊c. Cõple-
tur etiam hec intentio per exterius appli
cata vt cum inunctionibus ſcilicet oleo
amigdali. d. cuz quo aliqui admiſcẽt bu
tirum aliqui crocum. ⁊ eſt cõmunis vn-
ctio quã etiam faciunt vulgares accipiẽ
do crocum butirum ⁊ oleum amigda. d.
faciunt etiam medici vnguentum pecto-
rale in quo ingreditur oleum ſeminis li-
ni ⁊ mucilago eiuſdem.

¶ Sexta ⁊ vltima intẽtio ẽ reſolutio ma
terie remanẽtis. pro qua ⁊ etiã pro tuſſi
antiqua ponit Raſ. aliquos tro. ⁊ ali-
qua ſuffumigia de quibus recitat Joan
nes matheus gradi hiſtoriam: quare. ⁊c.

¶ Cura aſmatis.

NOta pro cura aſmatis pue-
nientis a materia flegmatica
groſſa nõ aũt ſangninea: q:
de eo dicetur. c. de ſputo ſan.
nec ab apoſtemate: q: dicẽ
in. c. de peri pleumonia. nec ab vlcere pul
monis q: dicẽ. c. de ptiſi. nec a diſloca-
tione ſpondilium q: dicẽ. c. de gibboſi-
tate ſed ſolum de aſmate prouenientea
materia flegmatica groſſa oppilante vi
as ſeu canales pulmonis ⁊ in qua aucto
res prolongant plurimũ ſermonẽ: q: hic
ſepe ⁊ vtplurimuz euenit in cuiꝰ cura. 6.
principales intentiones ſunt obſeruan-
de. prima eſt debitum regimen. ſecunda
digeſtio. tertia eũatio per viam ſeceſſus.

quarta diuerſio. quinta eradicatio per ꝓpriam viam ſcilicet per ſpiritū. ſexta exiccatio reſidui remanentis.

¶ In prima intentione oportet vt regimen ſit cali. ꝛ ſic. aer ergo alterādus eſt ad cal. ꝛ ſic. vitanda eſt ſimiliter habitatio in locis humidis carnes ſicce his ſūt bone: pingues vero male quia generant hu. viſcoſum. Eſt aūt cañ. Aui. vt non admiſceat potus cū cibo. ꝛ ex iſto cañ. quidam ꝓcipiunt ne eis detur potus. tamen Matheus gradi improbat iſtorum opinionem dicendo. non enim vult Aui. ex iſto cañ. in cibo non eſſe ſimul exhibendum potū: qꝛ cum naturaliter cibus ſit groſſus non poſſet penetrare niſi ſimul cum eo miſceatur aliquid fluidū ſed vult Auicen. ꝙ poſt cibum. i. poſt cenam vel prandium non bibat ex eo ꝙ iſti cōtinue ſtant cum maxima ſiti propter inflāmationem cordis. et hoc qꝛ non poſſunt aerem debite attrahere ad debitum refrigerium cordis. accepto igitur cibo et poſtmodum potu ſuperueniente maxime intumeſceret ſtomachus intantūꝙ multū comprimeret diafragma: ꝛ iō magis fieret in anhelitu difficultas. ꝛ hec eſt vera expoſitio. ſed debet iſtis potus exhiberi ſi ſitiunt poſtꝙ cibus ſtomachū ē egreſſus quia tunc non erit ita repletus. ꝛ eodem modo omnes alie res non naturales ſunt diſponende ad cali. ꝛ ſiccum.

¶ Secunda intentio eſt digeſtio materie antecedentis ꝛ ideo digerimus tam illā que eſt in pul. ꝙ illam que in cerebro vel alio membro ſub forma cauſe antecedentis: ꝛ qꝛ talis materia eſt nimis fixa ꝛ hu. ꝛ viſcoſa ideo oportet omnes has diſpoſitiones remouere cū calefa. ꝛ humectātibus: ꝛ pro iſto ponit Auice. duos cañ. Primusꝙ medicine cali. non ſint a principio fortis cali. qꝛ ſua forti cali. exicarēt ſubtile groſſum relinquēdo magis inobediens expulſioni: ꝛ tunc medicina ſolutiua non poſſet attrahere illam materiam. Secundus cañ. ꝙ in digeſtiuis applicandis varianda ſunt dicta digeſtiua qꝛ cum iſta egritudo ſit cronica, ſi cū vno remedio continuo procederemus natura illi aſſuefiet taliter ꝙ ab illo non pateretur quia ab aſſuetis non fit paſſio: ſecunda cauſa eſt qꝛ diuerſe medicine ſunt diuerſarum proprietatum occultarū licꝫ omnes habeāt vnam qualitatem manifeſtam. ꝛ ideo vna medicina habet vnam proprietatem quam nō habet alia ꝛ vna eſt apta conferre ꝙ non alia vt hic. Aui. adducit textum multum famoſum in medicina ꝙ inter medicinas ꝛ corpora currunt propietates que ſolo experimēto cognoſcuntur. ꝛ oportet cum his digerere que materiā ſubtiliant incidūt ꝛ obedientem faciūt vt faciliter expuat ꝛ in hoc conuenit ſiru. de liquiri. qui eſt communis et vſualis etiā ſiru. de iſopo de quo habes multas laudes ab Aui. caplo de tuſſi: vbi dicit ꝙ eſt abſterſor bonus aggregati groſſi. Cōuenit etiā ſiru. de praſſio. Si fortiora volumus habemus ſiru. de duobus radi. et de quinꝙ radi. ꝛ omnes tenent confecti verbigratia. ℞. ſiru. de liquiri. ℥. j. ſiru. de iſopo. ℥. ß. Si fortius digeſtiuum volumus vel inciſiuum ℞. oximellis ſimpli. ℥. j. oximellis compoſiti vel ſquilitici. ℥. ß. aquarum iſopi ꝛ feniculi añ. ℥. j. ß. Decoctiones etiam pectoralium rerum cum predictis ſiru. multum valent que fiunt ex decoctione ficuū radicis enule que ſingularis eſt paſ. dactilorum ꝛ capillorum ueneris ꝛc.

¶ Tertia intentio eſt euacuatio cum medicina ſolutiua et hoc ſi materia multa fuerit. quia ſi pauca erit materia non indigemus farmaco ſolutiuo. ſed quando dubitaremus ꝙ materia eſſet tanta ꝙ ꝑ ſputum non poſſet educi tunc exhibebimus ſolutiuum conuenit ergo in hoc caſu agari. trociſ. eſt enim ſingularis multum reſpiciens caput pectus et pulmonem. Conueniunt etiam pillule de agari. quas ponit Meſ. in ſuo antidotario dando de eis bis in menſe. Conueniunt etiam pillule cochie que etiam euacuant materias frigi. a cerebro vt verbigratia. ℞. pillularum cochiarum et de agari. ana. ℈. ij. ꝛ eam ponit Raſis in littera. Conuenit etiam electuarium indum ꝛ diafini. ſic ordinando. ℞. agaricon. ʒ. ij. ſaliſgemme. ℈. j. zinzibe. ℈. j. dimittantur in infuſ. aquarum iſopi et ſcabioſe.

q.s.per horas.x.poſtea fortis fiat expreſſio cui addātur electuarij indi.ʒ.ij.ſiru. de liquiri.℥.ſ.⁊ fiat potio.tamē q2 materie longe diſtant a vijs ductuum ideo cō muniter in forma pillulari exhibemꝰ huiuſmodi ſolutiua vt diu retineātur in ſtomacho ⁊ eorum virtus ad pectꝰ ꝑtingat dent̄ etiā pillule ſine cuſtodia.⁊ iō etiam maxime valent in catarro pillule eleſangine cū aga. ſemper enim agari. ponit̄ vel debet poni in medicinis iſtorū aſmaticorū maxime quādo aſma prouenit a materia flegmatica.Conueniūt ēt pillule dē hiera ſim.vel cōpoſita cum agari. ⁊ de iſtis poſſumus exhibere.ʒ.ij.quando vadūt dormitum ſingulis ꝗttuor vel ſex diebus.Et circa iſtud ponit Auicen. tres caū.Primus eſt vt euacuatio fiat cū facilitate.Et ſi arguatur ꝙ Auic.cōcedit eleborū ac colloquintidā quomodo ergo fit euacuatio cum facilitate.Secūdus caū.eſt qn̄ damꝰhmōi ſolutiua vitandū eſt tempus acceſſionis in ipſis q2 ſunt qui certo tēpore paroxyſmant.⁊ iō dicit Meſ.ꝙ tunc eſt nature blādiendū facilitādo ſputū ſi poſſumus in tempore dicti ꝑoxyſmi non aūt dando ſolutiuuꝫ ꝙ ſi tēpore ꝑoxyſmi daret̄ ſolutiuū agitaret̄ materia ⁊ multe materie ad pul. fluerent ⁊ fieret prefocatio.Tertiꝰ caū.eſt ꝙ debemꝰſepe reiterare eūones ⁊ hoc quia egritudo eſt cronica.

¶Quarta intentio eſt diuerſio.de hac intentione dictū eſt abūde in caplo de catarro ⁊ tuſſi vꝫ cum caputpurgijs maſticatorijs ⁊ cauterijs.

¶Quinta intentio eſt euacuatio per ſputum ⁊ ideo hec intentio cōplet̄ cū cōfortantibꝰ pectꝰ ⁊ elargantibꝰ vias pul.⁊ incidentibus materias:⁊ de iſtis quedam ſunt ſimplicia ꝗdā cōpoſita. Simplicia ſunt ſicut liquiri.que eſt maxime pectoralis capillusue.paſſ.ficus ſicce iſopus radix enule crocus ariſto.roton.ſcabioſa folia et ſemen vitice:iſta eniꝫ incidūt materiam in pectore exiſtentem viſcoſam ⁊ groſſam.Et de iſtis poſſumus facere cō poſitionem videlicet ſirupos decoctiōes ⁊ loch electuria quedam viſcoſa.valet ergo loch de pino ⁊ de pul.vulpis.omnes enim auctores conueniūt in iſtis ſi ſumātur.ʒ.ij.etiam de pul.ericij ſilueſtris a ꝓprietate.vꝫ ſimiliter loch de caulibus valent etiam quedam ſingularia magiſtralia.Et Joan.giringellus habebat pro maximo ſecreto radicem luſſ.alio nomine ſerpentaria appellata.ſi capiat̄ cōteratur ⁊ diſſoluatur cū ſiru.de liquiritia egregiam enim virtutē habet ad facilitādum ſputum.vel ſi capiatur⁊ ponat̄ ſub cineribus cali.⁊ aſſet̄ poſtea contundat̄ ⁊ diſſoluat̄ cum aliquo ſirup.ideo faciebat hanc.d.doctor antedictus cum qua ꝓfitebat̄ plurimos curaſſe ꝙ ē hꝰ ℞.loch de pino loch ꝺ pul.vulpis ana.ʒ.vſ.paſ. enucleatarū bene mundatarum ana.℥.ß.radicis ſerpentarie poſite ſub cineribꝰ vel bullite ⁊ contuſe.℥.ß.⁊ incorporent̄ cum ſirup.de liquiritia ⁊ fiat loch.Ego autem ſoleo aliter facere ad ſputuꝫ facilitādum que eſt.℞.paſſula.enucleatarū ℥.ß.ficuum numero.ij.dactilorum numero.ſ.iſopi capillorūueneris liq̄ritie loch de pul.vulpis ana.ʒ.ſ.penidiorum.℥.ij. cum ſirup.de liquiritia incorporent̄ ⁊ fiat loch:Facto etiam inūctionem cū oleo amigdali.d.cum butiro ponendo aliq̄d de croco.debet etiā fricari corpus aſmatici cū pāno lineo aſpero vt aperiantur poroſitates.

¶Sexta intentio eſt exiccatio ⁊ reſolutio remanentis vt cū arſenico facere ſuffumigiū.verumtamen remedium hoc eſt verendum quia eſt venenoſum.licet Senti.dicat ſe vidiſſe mirabilem experientiā in multis vel cum thure ⁊ alijs ſimilibꝰ poſſumus ſuffumigare.Conuenit etiam tiriaca metridatum diamuſcus dulcis ⁊ amarus:confectio pliriſarcoticon⁊ ſimilia;quare ⁊c.

¶Cura pleureſis.

Ex dictis Auicen.⁊ raſis ſex principales eliguntur intentiones.prima eſt debita regiminis adminiſtratio.ſecunda diuerſio materie fluentis.tertia digeſtio.quarta euacua

tio. quinta ſputi facilitatio. ſexta reſolutio. ꝛ hoc quando eſt vera ꝛ acta curari per reſolu. ſpuitionem vel reſudationez. Si autem ad collectionem terminetur requirunt alie intentiones. ſcilicet quattuoꝛ. pꝛima maturatio. ſecunda ruptio. tertia abſterſio materie ſanioſe. quarta conſolatio.

¶ Circa autem pꝛimam pꝛimi modi terminationis debet taliter regi infirmus habendo duas intentiones pꝛincipales ꝛ totales. Pꝛima ſicut dictum eſt in. ca. de freneſi ꝛ alioꝛum apoſtematū eſt pꝛohibere augmentū apoſtematis. Secūda reſoluere quod fluxum eſt: ꝛ in iſtis duabus ſtat tota cura pleureſis.

¶ Pꝛimo ergo debemus regere infirmū exhibendo aquam oꝛ. vel panez infuſum in aqua cum zucharo ſicut facit Raſis. ſolent tamen pꝛactici exhibere ſolam ptiſanam oꝛ. ponendo ad coquendum farinam oꝛ. cū aqua ꝛ debet tandiu decoqui vt partes ventoſe exalent: ꝛ iſtam ptiſanam exhibere vſqꝫ ad quattuoꝛ dies. poſtea exhibemꝰ panem ſubtiliter infuſum in aqua donec humectetur. deinde euacuetur dicta aq̄ pꝛima. deinde decoquatur cum alia aqua cum modico butiri ꝛ zuchari. infunditur eniz aqua vt partes fermentate remoueātur ꝛ huiuſmodi panem exhibere vſqꝫ ad ſeptem dies poſtea autem poſſumus exhibere amigdalatū vel far oꝛdei in bꝛodio pulli vel panem ſimiliter in bꝛodio pulliꝰ infuſum. detur autem loco vini aqua zuchari vel oꝛ. que communiter datur. In pꝛoceſſu aūt ſi virtus deficeret poſſumus ingroſſare dietam exhibendo contuſum factum ex carnibus. etiam contuſum carnium pullorum infundendo in bꝛodio eoꝛum. vinum autem non detur niſi in declinatione ꝛ vbi in ſplene vel epe non fuerit oppilatio vel apoſtema maxime dul. ꝛ albuz quia etiam oppilat membꝛa nutrimenti ſi autem exhibeatur ſit limphatum cum aqua zuchari. debet etiam eger declinare ad ſomnum maxime doꝛmiendo ſuper latus egrum maxime in pꝛoceſſu quia locus calefit ꝛ materia reſoluitur. pꝛocurāda eſt pꝛeterea lenitio ven. ꝛ accidentia animi remouenda ſunt ꝛ ita omnia alia ad pꝛohibitionem apoſtematis ſunt oꝛdinanda.

¶ Secunda intentio per quā pꝛohibemꝰ augmentum apoſtematis eſt diuerſio. ꝛ in hoc magna pars cure conſiſtit trahēdo materiam ad partem oppoſitaz. ꝛ in hac intentione laudat Raſis flo. ꝛ Aui. dicens ex rebus curationis eſt vt fiat flobo. ex latere oppoſito ꝛ ex ſaphena oppoſita in longitudine deinde ex baſilica poſtea ex nigra. Si vero iſte vene non reperiantur optimū eſt vt fiat in cephalica licet non tanti fiat iuuamenti: ideo lx deinde dicit oꝛdinem iuuamenti. voluit eñ inuenire ꝙ magnum eſt iuuamentum in flo. ideo nullo modo eſt dimittenda licet flo. facta ex cephalica reſpiciat magis caput ꝙ̄ latus. ꝛ ita flobo. eſt ſupꝛemum remedium in pleu. ꝛ ideo non eſt bonum reſpicere hoꝛā diei flo. fiende in iſta egritudine quia timoꝛ eſt ne apoſtema occidat egrum. etiam quia pꝛopter ſeuitatez accidentiū pꝛoſterneretur virtus naturalis. Et ego vidi multos curatos in quattuoꝛ diebꝰ facta flo. a pꝛin. exhibitis poſtea leuibus remedijs remanebāt curati ideo a pꝛin. debet fieri. de quo autem latere dubitat Sen. vide eū. Diuertimus etiam cum cliſteribus cum applicatione ventoſarum in cruribus coxis trahendo ſemper ad partes inferioꝛes etiam cū fricationibus. cliſteria autem ſint leuia: qꝛ eſt egritudo in qua ſolet aduenire fluxꝰ ventris.

¶ Tertia intētio eſt digeſtio ꝛ qꝛ vt pluribus pleu. pꝛouenit a materia ſanguinea vel ſanguini mixta vel colerica. ſir. ergo digeſtiui colere conueniūt ꝛ licz multi ꝛ varij ſint huiuſmodi ſirupi digeſtiui colere eligere tñ debes illos q̄ non nocent pectoꝛi ꝛ ideo licet ſiru. aceto. conueniat colere tamen qꝛ eſt acutus non conuenit cū pectoꝛe. etiam ſirupus de endiuia magis conuenit cū epe ꝙ̄ cū pectoꝛe. etiam ſirup. ro. vel de cito. ꝛ ideo iſtos non eligimus ſed ille qui ſputū facilitant ſimul ꝛ leniunt conueniūt in pleu. vt verbigratia. ℞. ſir. vio. ℥. ſ. ſirup. de iuiubis. ℥. ß. aque oꝛdei vel zuchari. ℥. iij. vel aq̄ endi.

Sed nota ꝙ Auic. primo laudat ſ. men
endi. Secundo vituperat aquam endi ⁊
portulacã ex eo ꝙ ſunt vehemẽtis infri.
⁊ non ſputũ facilitantia. ſed endi. nõ eſt
vehementis frigiditatis ſm veritatem ⁊
eſt abſterſiua vt inquit Señ. exponendo
illum tex. de mente Dini. vnde meli⁹ eſt
dicendum ꝙ tex. eſt corruptus ⁊ loco de
ly endi. debet eſſe lactuce. vnde Nicolus
⁊ quam plures alij acceptant hanc ex‑
poſitionem licet nonnulli practici ſuper
ficialiter videntes illum tex. vituperent
aquam endi. Decoctio etiam rerum frig.
pectoralium vt violarum iuiubarum ſe‑
beſten ordei. ſirupi ſunt ſiru. violatus de
iuiubis exhibendo vſq̃ ad tres vel quat
tuor dies quia nolumus ingroſſare ma‑
teriam ne nimium currat. poſtea vero in
proceſſu augemus ſiru. in ſputi magis
facilitationẽ ⁊ minorem ingroſſationem
ponendo. ſcilicet cum ſiru. violato. ſiru.
de liquiritia q̃ aliqualiter tendit ad cali.
vel cũ illo de iuiubis: vt. ℞. ſir. vio. ℥. j.
ſir. de liq̃ritia. ℥ ß. cũ. d. pectorali fiat ſir.
¶ Quarta intentio eſt euacuatio a loco
in quo eſt apoſtema reſpiciens materiã
exiſtẽtem in ꝑpate ⁊ iõ poſt. flo. ꝑdictã
fiat flo. ex eodẽ latere i quo ẽ pleureſis. ⁊
oꝫ conſiderare colorẽ ſan. quẽ extrahim⁹
qꝛ extrahemus donec ſan. niger qui erat
infectus exierit: deinde cũ rube⁹ ſuperue‑
nerit ſtringamus. debemus etiam conſi‑
derare virtutem quia maxime debilitat
in hoc morbo propter ſubtilitatem diete
⁊ ſeuiſſima accidentia: ⁊ iõ huiuſmodi
flo. magna vel parua ſtat in iudicio eſti
matiuo medici: ideo opꝫ medicũ conſide
rare. qñ vero vrine apparẽt groſſe ⁊ tur
bide tunc eſt fienda flo. ⁊ eſt virtus conſi
deranda. Laudatur etiã in hac intentio
ne ſo. ven. vbi materia declinat ad tales
vias ſed circa hoc ponunt cañ. Primus
ꝙ huiuſmodi medicina nõ ſit fortiter ſo‑
lutiua ſꝫ lenitiua. ideſt ſoluat leniendo.
Scõs ꝙ talis medicina non dꝫ habere
virtutẽ ſtip. vt ſunt mirabo. qꝛ lꝫ euacuẽt
materiã colericã: prohibent tñ ſputũ ſua
ſtipticitate. vitanda ſunt ſcamoneata ⁊
fortes medicine. lꝫ Sal. ſcõo. re. acu. cõ‑
mẽto. xj. prebeat hierã in q̃ ingredit ſca
monea ⁊ Hippo. filicbinũ q̃ ſm quoſdã
eſt clacteriũ. i. ſuccus cucumeris aſinini:
ſm vero magiſtrũ Ceſareꝫ eſt portulaca
agreſtis q̃ ẽ lacticinij gen⁹ ⁊ ẽ expõ Se‑
rap. Alexã. aũt exponit ꝙ ẽ polipodiũ. ⁊
hanc expõnem acceptat Simon ianueñ.
c. filicbinũ. Hypo. aũt Sal. ⁊ alij antiqui
vſi ſunt iſtis fortib⁹ qꝛ apud eos nõdũ co
gnite erãt medicine bñdicte q̃ tꝑe noſtro
bñtur cognite: ideo cũ tales medicine vt
ſcamonea eleborus ⁊ filichinum ſint ni‑
mium fortes: cõueniens ẽ vti alijs bñdi‑
ctis q̃ in vſu ſunt. dabimus ergo hãc me
dicinã. ℞. caſſie elec. ⁊ nouiter extracte.
℥. j. ß. diſſoluat cum. d. pectorali ⁊ fiat po
tio. vel alia. ℞. reubar. electi. ʒ. ij. vel. iij.
ſpice parũ minutim incidant ⁊ infundã‑
tur in aquis vio. ⁊ ſcabioſe añ. q. s. dimit
tãtur in infu. ꝑ hoꝛ. x. vel. xij. deinde for
tis fiat expreſſio in q̃ diſſoluatur caſſie fi
ſtule nouiter extracte. ʒ. v. vel. vj. ⁊ fiat po
tio vt ponit Nicolus. pro diuitib⁹ poſſet
poni loco caſſie manne electe. ℥. j. vel fiat
ſic. ℞. manne electe. ℥. ij. vel. iij. diſſolua
tur cũ decoctione pectorali ⁊ fiat potio
addẽdo ſiru. viol. ⁊ de liquiritia añ. ʒ. v.
¶ Quinta intentio eſt ſputi facilitatio.
oportet ergo vt totum ſtudium ſit in⁹ diſ
ponẽdo mãm vt faciliter per ſputuꝫ edu
catur: quia talis materia pleu. reſudat
ad pul. ⁊ cum ſputo expellitur: ⁊ ideo cõ
ueniunt pectoralia diuerſificando ſm di
uerſitatem temporum. conueniunt ergo
ſiru. dicti vſq̃ ad quartam diem: poſtea
dabimus ſiru. ſputum magis facilitan‑
tes vt violatum ⁊ de liquiritia: vt. ℞. ſi‑
rupi violati. ℥. j. ſirupi de liquiritia. ℥. ß.
aque zuchari vel ordei. ℥. iij. ⁊ quãto ma
gis verſus ſtatum deuenimus minus de
ſirup. violato exhibebimus ⁊ magis de
ſiru. de liquiritia. loch dictũ zucharum
candum retentũ in ore multũ vꝫ. etiã zu‑
charũ albũ. vꝫ etiã diadragãtũ ⁊ zucha
rum violatũ iulep. vio. cõis practica ex‑
hibet diadragantũ vel zucharum vio. in
corporatũ cum iulep vio. ⁊ addit diabu
gloſatũ ad cordis confortationem: ⁊ ita
accipit ⁊ hoc vſq̃ ad quattuor dies po‑
ſtea loch de pino ſiue ſiru. de liq̃ritia ma
gis. vbi ſit feb. dem⁹ facilitãtia ſputũ fri.
magis vel nõ tantũ. deinde ſicut in decli
natione feb. Iniungemus etiam in prin.

cum oleo violato ⁊ cera incorporato vel
cum oleo amig.d. poſtea tranſacta quar
ta die dimittemus oleum violatum et
exhibemus ſolum oleum amig.d. vel ca
momillinum.
¶ Sexta ⁊ vltima intentio eſt reſolutio
que completur cū localibus in forma vn
ctionū emplaſtrorū ⁊ fomentationum ex ca
momilla ⁊ alijs ſimilibus que ponant
ad bulliendum deinde ex tali decoctio
ne impleat veſica: ⁊ retineatur ſupra lo
cum dolentem vel accipere ſpongiam et
madefactam in illa decoctione exprime
re deinde loco dolenti apponere. ſimili
ter conuenit dicta ſpongia in cura tēpe
rata vt ſi a principio volumus ſcire an ſit
vera pleu. an nō vera que prouenit a ma
teria ventoſa. inquit Gale. ſcdo regimi
nis acu. ꝙ debemus madefacere ſpongiā
cum aqua cal. ⁊ ab ipſo dicitur calefacto
riū ⁊ appone loco dolenti ⁊ ſic remouet
dolor ⁊ vētoſitas ⁊ ſi per hoc magis au
geretur dolor ⁊ plus de materia trahere
tur: ſignū eſt ꝙ nō pendet a ventoſitate:
ſed cōuenientius eſt ſemper eſtimare ꝙ ſit
vera pleu. ꝙ̄ nō vera: qꝛ aliquādo etiam
per calefactoriū materia aliqua tranſpi
rat: ideo poſſet fieri maior dolor in omni
caſu ergo fienda eſt flo. eo ꝙ hoīes iſtius
temporis ſunt guloſi quare arguendum
eſt magis ſemper eſſe veraz pleu. ⁊ ſi fiat
flo. ⁊ nō ſit vera propter hoc non eſt com
miſſum magis peccatū. Ad hanc inten
tionē competūt inunctiones vt cum oleo
amig.d. camomillino. etiā laudat emplꝫ
factum ex farina fenugreci ſeminis lini
floribus camomille ⁊ melliloti ⁊ radi. al
tee ⁊ folijs eius. Sed ſi ad ſaniez conuer
tatur prima intentio eſt vt maturetur cū
emplaſtris mollificantibꝰ ⁊ vnctionibꝰ
ex oleo ami. dul. butiro ⁊ adipe galline.
¶ Scda intentio que eſt eruptio. in hoc
laudatur tuſſis frequens vt ex tali tuſſi
apoſtema rumpat. laudatur etiaz fortis
vociferatio qꝛ dilatat pectus ⁊ eſt cā ru
ptionis apoſtematis ſimiliter ſternuta
tio ⁊ vomitus. etiā tulacha que eſt que
dā herba. et cōquaſſatio fortis corporis.
¶ Tertia intentio eſt abſterſio cum aqua
or. ⁊ zuchari ſi fuerit feb. ſed ſi nō fuerit
feb. cum aqua mellis etiam cum aqua ſi
ue brodio cicerū rub.
¶ Quarta intentio eſt conſolidatio que
complet cū boloar. dando. ℨ.j. boliar. cū
terra ſigillata que omnia dicētur caplo
de ptiſi ad cōſolidationem. Quando ve
ro apoſtema eſt in partibus inferioribus
⁊ non eſt vera pleureſis: primo facimus
diuerſionem ponendo ventoſaz ſuper lo
cum doloroſum ⁊ emplaſtra rubificātia
vt materia trahat ad partes exteriores
poſtea ſi conuertatur ad ſaniem rumpa
tur ⁊ abſtergat ⁊ cōſolidetur: quare ⁊c.

¶ Cura peripleumonie.

Cura huius egritudinis eſt
quaſi eadem cum cura pleu
reſis: ſed que ſit differētia vi
de ab Aui. ⁊c.

¶ Cura ſputi ſanguinis.

In cura ſputi ſanguinis q̄n
ꝙ requiruntur intentiones.
prima eſt debitū regimen. ſe
cunda diuerſio ſanguinis.
tertia rectificatio: quarta re
ſtrictio ſeu conſolidatio. quinta acciden
tium correctio.
¶ In prima intentione omnes res nō na
turales ordinent vt declinent ad fri. ⁊ ſic
vt fiat ſanguinis reſtrictio ſiue infrigida
tio. Et primo alteret aer ad fri. ⁊ ſic. ⁊ ir
roretur locus cum aqua ro. ⁊ aceto ⁊ po
nantur intus roſe ſandali cāphora etiā
odorentur talia. Dieta autez ſit ſubtilis
Auic. iubet nihil eſſe dandū vſqꝫ ad ter
tium vel quartū diem ſed hodiernis tem
poribus aliqua habeatur diſcretio in hu
iuſmodi dieta ita ꝙ cibaria debent exhi
beri multum tenuiter. Cibaria autem ad
retentionem ſan. debēt eſſe viſcoſa ⁊ glu
tinoſa ſtip. ⁊ fri. vt ſunt ptiſana vel pul
tes facte ex farina frumēti amilo farina
ordei. etiam exhibeatur de paſta azima
in communi practica exhibentur piſces
viſcoſi qꝛ anguille ⁊ tenche. etiam laudā
tur extremitates animaliuz vt pedes car
nes cartilaginoſe ⁊ pingues quia ingroſ
ſant ſan. ⁊ conſtringunt labia venarum.
conuenit etiam caſeus recens ſine ſale et
non antiquus quia eſt calida ⁊ ſicca.
Conueniunt etiam cibaria ſtip. vt lente

tes lac acetoſum milium panicū riзum omnia enim iſta ſunt ſtip. Conueniunt etiā cibaria fri. vt cucurbita lactuca portulaca plā. De portulaca Auicen. facit ſingularia verba. d. cum tenetur in ore ⁊ ſuccus eius deglutitur retinet ſan. ſtatim. Dimittatur vinum quia multiplicat ſan. ⁊ hoc ſi non ſit debilitas virtutis vel magnus ſit appetitus ad vinum propter conſuetudinem: ⁊ in caſu in quo exhibetur vinum tale debet eſſe ſtip. ⁊ groſſum ⁊ poſſumus exhibere aquā ſferratā. ⁊ hoc pro potu loco vini extinguēdo ferrum vel calibem ignitum in aqua ⁊ in ea ponere de iulep roſ. ⁊ omnia cibaria decoquantur in huiuſmodi aqua. Uitetur exercitium ⁊ prohibeatur locutio: quia per eam agitatur pectus ⁊ aperit locus a quo fluit ſan. Uitētur omnia accidentia animi: adminiſtretur ſomnus vt per ſomnum retineatur fluxus.

¶ Secunda intentio eſt diuerſio ſang. a vena rupta vel aperta que cōpletur per flo. ⁊ ideo Auicen. circa princi. capituli eam laudat que eſt multotiens multiplicanda ſed euacuando paucum pro vice. ⁊ ideo dicit ꝙ debet fieri pauca maxime quando maxima copia ſan. eſt educta. Spacium autem inter vnam flo. ⁊ aliā ſunt tres hore vel iterare quotiens eſt neceſſitas vt diuertatur ⁊ in oppoſitū trahatur. Juuat etiam in mulieribus prouocatio menſtruorum. Jn hac etiam intentione diuerſionis alia conueniunt ingenia ⁊ non ſolum flo. ſed etiam alia vt ligature doloroſe vt ligando coxas ponendo ventoſas in natibus ⁊ alijs locis ponendo etiā partes extremas in aqua ca. fricatio etiam extremitatum conuenit. Sed diuerſimode in flo. procedimus vt ſupra dictū eſt. qꝛ ſi eſt repletio in corpore tunc ſit magis diuerſiua floboto mando a locis magis diſtantibus. ⁊ ſi non fuerit multa replēo fiat ex baſilica vel aliqua propinquiori vena.

¶ Tertia intentio eſt equatio ſan. ⁊ rectificatio ipſius. Si enim prouenit ex mala diſpoſitione ſan. tunc videndum eſt an proueniat ex mala quantitate. ſ. exceſſiua vel colicitate vel aquoſitate ſang. Si a multa quantitate vtat dieta ſubtili ei ꝙ prohibeantur cibaria multiplicantia ſan. Si vero ex colicitate ſan. digere oʒ dictum ſan. colericum eum retinendo cū ſiru. ro. de ſucco aceto. de agreſta de granatis cū aquis appropriatis ⁊ continue cum dictis ſirupis digeſtiuis debemus admiſcere retinentia ſan. vt aquā aceto. roſi. lactuce ſolatri ſic ordinando. ℞. ſiru. roſa. ℥. ſ. ſirupi de granatis vel de cito. vel mirtini. ℥. ß. cum aquis portulace ⁊ plan. añ. ℥. ſ. ß. poſtea vero euacuare oʒ dictum hu. colericum cū ſan. mixtū. ſed vitanda ſunt ſcamoneata: ⁊ exhibenda ſunt ea que retinent ſan. ⁊ ſint ſtip. vt mirabolani citrini de quibus poſſumus exhibere. ℥. ß. infundendo cū aquis predictis quantū. s. addendo ℥. ſ. vel. ß. caſſie. ⁊ exhibeatur. poſſumus etiam exhibere reub. in ſubſtātia vt dicit Meſ. c. de reub. exhibendo. ʒ. ſ. ß. etiam mirabo. in ſubſtātia valent exhibendo. ʒ. ſ. ß. ⁊ addendo. ℥. ß. ſiru. vio. Si vero proueniat ab aquoſitate flegmatica mixta ſanguini debemꝰ digerere ſla. ſ. cum melle roſ. ſiru. roſ. ad conſtringendū cum aquis beto. ⁊ abſin. poſtea euacuamꝰ exhibēdo mirabo. chebulos vel reubarbarū in ſubſtantia vel turbith ſine ʒinʒibere: quia cum ʒinʒibere euat materiā flegmaticam groſſam: ſine autem ʒinʒib. euacuat materiam flegmaticam ſubtilem.

¶ Quarta intentio eſt conſolidatio ſiue reſtrictio que ſtatim cum occurrimus infirmo fienda eſt: quia forſan nimia ſang. quantitas euacuaretur ⁊ natura debilitaretur nimis. iō primo exhibemus conſolidantia de quibus quedā ſunt ſimplicia quedā cōpoſita. Jnter ſimplicia primo eſt portulaca retenta in ore ⁊ maſticata de qua dictū eſt de mente Aui. multū cōferre. laudat etiam ab eodem lap. ematites quem tenēt apothecarij exhibendo de eo aur. ſ. laudat etiam corallus al. et rub. Raſis tamen quarto continētis magis al. ꝙ̄ rub. laudat. debet enim aſſari ⁊ comburi poſtea dari cornu ceruinū etiā ſi capiatur ⁊ comburat exhibendo ex eo a. ʒ. ſ. vſqꝫ ad. ſ. ß. terra etiā ſigillata multum laudat Raſis in preſenti. c. laudat etiā boluſar: in quo oēs auctores conueniūt conſolidat enim venā ꝓhibet fluxū

⁊ cōfert pectori ꝓpter catarrum ſubtilez
deſcendere ⁊ eſt in cōi practica exhibere
vſqȝ ad.ʒ.j.qñ vadunt dormitum de quo
loquitur Raſis.4.continentis.laudan-
tur etiam flores ⁊ cortices granatorū ſe-
mina mirtilorū que omnia valent ad re-
ſtringendum. Item conueniunt diadra-
gantū gummi arabi.maſtix propter inui-
ſcationem ⁊ glutinationē eoꝝ. Cōpoſita
quibus practici cōiter vtuntur dando in
pluribꝰ formis vt in forma tro. ⁊ electua
rioruz. In forma tro.exhibent tro.de ter
ra ſig.de charabe dando.ʒ.ſ. cū aliquibꝰ
aquis predictis appropriatis vel aliquo
ſiru.reſtrictiuo.valent etiā tro.de ſpodio
cū ſe.acetoſe. In forma vero electuarioꝝ
primo eſt filoniū perſicū ſingulariſſimuz
in propoſito qđ deſcribitur a Meſ.c.de
ſputo ſan.⁊ eſt cōfectio opiata opꝫ enim
diligentiam habere in reſtringēdo in pri
mis diebus:qꝛ poſtea nō pñt de facili vni
ri labia vulneris vel aperture vene:⁊ idō
cōiter practici exhibēt fortiter reſtrictiua
vſqȝ ad opiata exhibendo de iſtis paula
tim vſqȝ ad q̄ttuor dies.patiēs etiā ſem-
ꝑ habeat in domo.ℨ.iiij.filonij ꝓdicti qꝛ
eſt ſingulare remediū ⁊ expertū.cōmenda
tur etiā athanaſia Nicolai.⁊ tenetur cō
fecta.nec eſt ſic ſtupefactiua ſicut filoniū
ideo nō eſt ſic in vſu.laudat̄ etiā ab Aui.
ſan.hedi qui nō ſit congelatus:qꝛ a pro-
prietate vꝫ.laudatur etiā centaurea de q̄
Cōciliator facit drīam vtrum conferat in
ſputo ſan.⁊ eſt drīa.160.Aui.c.de cētau
rea data.ʒ.ſ.vſqȝ ad.ʒ.ij.⁊ vt dicit Dia.
eſt cal.⁊ ſic.⁊ multum ſolutiua.Et conci
liator dicit ꝙ centaurea in certa quātita
te exhibita ſoluit ⁊ in alia quantitate cō
ſolidat.vide ibidē qꝛ multa bona dicit.
laudat̄ etiā ſiru.ro.de cito.mirtinus de
ribes de granatis.iſti oēs retinēt ſan.cū
aquis ſolatri lactuce ro.⁊c. poſſumꝰ etiā
exhibere quando vadūt dormitū.ʒ.j.bo-
liar.cuz aqua ro. In mane vero poſſumꝰ
exhibere ſiru.ro.ℨ.j.ſiru.mirtini.ℨ.ß.cuz
ʒ.j.tro.de charabe alia vice exhibēdo.ʒ.
j.lapidis ematitis.alia vice cornu cerui-
nū cum predictis ſirup.⁊ ſic ſemper reme
dia debent diuerſificari quouſqȝ ſtat flu-
xus ⁊ ceſſante fluxu per aliquod tempus
reitera remedia ne redeat. laudatur etiā
loch conſolidatiuum.vt. ℞.zuchari ro.
diadraganti añ.ℨ.ſ.⁊ cum boloarme.cor
nu cerui balauſtijs gummi arabico incor
poratis cū ſirupo vio.fiat loch.cōueniūt
etiā inunctiones ⁊ epithimata in pecto-
re vt cū oleo ro.mirtino cū aquis ſolatri
portulace.

¶ Quinta intētio eſt correctio acciden-
tium.Et primū accidens cōiter eueniens
eſt coagulatio ſang.in pec.vel in canali-
bus pul.⁊ ad diſſoluendū vtimur inciſi-
uis.⁊ ita Aui.dat acetū cū aq̄: tñ Auer.
tertio colliget ꝓhibet acetum qꝛ prouoꝰ
cat tuſſim ⁊ ſic ꝓhibet cōſolidationē.rñ-
detur tñ ad Auer. ꝙ ſi cōplicatur tuſſis
in tali cāu nō eſt cōueniens.vbi autē non
complicatur tuſſis tunc cōuenit acetū ad
incidendū.⁊ ita Gal.⁊ Aui.exhibent oxi
mel.s.vel compo. vel ſquiliticū vſqȝ ad.
ℨ.ij.cū aqua acetoſe. laudat̄ etiā tiriaca
antiqua dādo.ʒ.ſ.ß.cū aqua iſopi vel ſca
bioſe.laudatur etiā diacurcuma vt in.c.
de idropiſi.dādo.ʒ.ij. conueniunt etiam
omnes auctores in exhibitione coaguli
leporini dando.ℨ.j.ꝑ ſe vel cū aliqua aq̄
dando.ʒ.ß.cum aqua iſopi vel ſcabioſe.
Secundum accidens eſt tuſſis que pro-
hibet cōſolidationem.pro cuius cura re-
curratur ad capitulū de catarro ⁊ de tuſ
ſi.Si vero ꝓueniat a catarro vel ab alijs
cauſis pro cura oportet recurrere ad ca-
pitulum catarri ⁊ ad alia particularia
cauſarum particularium:quare ⁊c.

¶ Cura ptiſis.

In hac materia vide Conci-
liatorē differentia.193.vtrū
ptiſis ſit curabilis pro cuius
cura.v.principales intentio
nes ſunt obſeruande. prima
eſt debita adminiſtratio regiminis.ſecun
da abſciſio cauſe.tertia abſterſio vlceris.
quarta cōglutinatio ⁊ cōſolidatio.quin
ta accidentium correctio.⁊ omnes alie in
tentiones que ab auctoribus ponuntur
reducuntur ad iſtas.

¶ Incipit prima intentio opoꝛtet ꝙ exhi
beantur ea que cõtrariantur cãe ptiſis.
quidam dicunt ꝙ opoꝛtet aerem eſſe fri.
⁊ hu. qꝛ cũ ptiſi complicatur ⁊ extenua-
tio: ideo ratione extenuationis conuenit
humiditas; rõne vero feb. cõuenit frigidi
tas. Alij oꝛdinant aerem ad cal. ⁊ ſic. rõ
ne vlceris dicẽtes ꝙ omne vlcus eget exic
cantibus. ſit ergo aer tempoꝛatus in ac-
tiuis decliuis tñ ad ſic. Cura ergo dꝫ in
cipere in abſciſſione cãe. cum cauſa exte-
nuationis eſt vlcus incipiendũ eſt pꝛimo
a cura vlceris que fit cũ exiccantibus. ſe
cundo a cura ipſius moꝛbi de qua etiam
exiccatione Gal. quinto de inge. ſanita-
tis dicit ꝙ multi per acceſſum ad aerem
ſic. curati ſunt. ⁊ ibi recitat oppidũ quod
dam pꝛope Romã miliaria. 30. ⁊ ab eo
dicitur ſtabium ad qđ mittebat huiuſmo
di ptiſicos ⁊ ſanabantur. ideo melius eſt
adhibere aerem ſic. vt cãe pꝛouideamus
ꝙꝫ pꝛouidere effectui per humiditatẽ ae-
ris. ſ. exiccationi coꝛpoꝛis. In regimine
vero cibi ſunt aliq̃ cõditiones obſeruãde
Pꝛima cibus iſtis cõueniens dꝫ eſſe faci
lis digeſtionis qꝛ coꝛpoꝛa ptiſica hñt na
turalem caloꝛem debilem.

¶ Secũda cõditio ꝙ cibi ſint boni ⁊ mul
ti nutrimẽti: quia iſti ſunt extenuati iõ
indigent multa reſtauratione.

¶ Tertia ꝙ cibi debẽt eſſe ſubtiles ⁊ pe-
netrabilis ſubſtantie: qꝛ vie per quas dꝫ
deferri nutrimẽtũ ſunt anguſte ꝓpter ex
tenuationem.

¶ Quarta ꝙ cibi ꝑticipent virtute infri.
quia ſemꝑ cõplicatur feb.

¶ Quinta ꝙ cibi debent habere virtutẽ
abſterſiuam: quia ab vlcere ſemper reſu-
dat ſanies que indiget abſterſione.

¶ Sexta ꝙ habeant virtutẽ conſolida-
tiuam ⁊ cõglutinatiuam: ⁊ quia omnes
iſte cõditiones reperiuntur in lacte: ideo
omnes laudant lac quia eſt facilis dige-
ſtionis boni nutrimenti ⁊ multi ratione
butiroſitatis ⁊ ſubſtãtie ſubtilis ⁊ habet
virtutem abſterſiuam virtute aquoſita-
tis ⁊ participat virtute infri. conſolidat
etiam ratione caſeitatis. tamen Conci-
liatoꝛ differentiaꝫ facit. 194. vbi querit
vt plurimũ lac competat ptiſicis ⁊ ponit
multas rationes vide eas. Si aũt inten-
dimus infri. ⁊ abſterſionẽ cõuenit lac aſi
ninum ⁊ caprinum. ſi magis ad reſtaurã
dum vt quia coꝛpus eſſet valde extenua
tum: tunc magis conuenit ouinũ vel vac
cinũ: quia plus butiroſitatis habet tamẽ
pꝛopter conuenientiam lactis humani ſi
poſſumus ipſum habere exhibeatur ⁊ di
mittantur alia. Quantitas vero exhibi
tionis lactis eſt ſm diuerſitatem virtutis
digeſtiue: ideo in pꝛimis cõmuniter exhi
bentur. ℥. iiij. lactis poſtea poſſumus aſ-
cendere vſqꝫ ad quantitatem lib. j. videli
cet ſecũda die vel vice dãdo. ℥. vj. vel. vij.
vel. viij. ⁊ ſic aſcendẽdo vſqꝫ ad lib. ⁊ non
doꝛmiat nec exercitetur poſt eius exhibi
tionem nec comedat alia cibaria: quia ꝓ
pter caloꝛẽ coꝛrumperetur vna cũ alijs ci
barijs. Si foꝛte volumus infri. animalia
lac faciẽtia depaſcantur cum diuerſis ci
barijs dando eis lactucas endiuiam ⁊c.
ſi magis abſtergere dabimus feniculum
iſopum capilliũ ue. ⁊ conuenit ſingulari-
ter ptiſana oꝛ. quã dicit Gal. ſecundo re-
gi. acu. eſſe infri. ⁊ abſterſiuam. Cõueni-
unt etiã bꝛodia pinguia ⁊ reſtauratiua
artificialiter facta cum pulpis caponum
faſianoꝛum vel perdicũ cũ amigda. liqui
ritia ſeminibus fri. boloar. ⁊c. cum ẓuc. ⁊
conficere moꝛſellos ⁊ multum valent in
reſtauratione. cicera etiam multum nu-
triunt pul. valent carnes cancroꝝ ſſlu. ⁊
conueniunt cum pul. propterea quia vi-
dentur habere coloꝛem carneũ ſicut pul-
mo. etiã generant hu. glutinoſum qui nõ
facile diſſoluitur: ideo hoc eſt bonũ ptiſi
cis. valent etiaꝫ mirabiliter carnes lima
tiarum ⁊ teſtudinum ⁊ conferunt ſimili-
ter epati. ſimiliter valet aqua diſtillatio
nis limatiarum facta ad elambicuꝫ. Po
tus ſit ſicut cibus: ideſt habeat omnes cõ
ditiones quas habet cibus: vnde ſit vi-
num album ſubtile non fumoſum qđ re-
ſoluit ptiſicos ⁊ ſit limphatum remouẽ-
do fumoſitatem. aliqui laudant lac pꝛo
potu vt Raſis quarto continentis reci-
tat cauſam de quodam qui pꝛo potu bi-
bit lac ⁊ ſanatus eſt. Alie etiam omnes
res non naturales ſunt oꝛdinande vt ab
ipſis alteratio ⁊ reſolutio pꝛoueniat. po-
teſt etiam in lacte ipſoꝛum extingui cali
bs. vel ferrum ignitum.

¶ Secunda intentio eſt abſciſio cauſe iō oportet cauſam conſiderare. Si enim cā ſit catarrus a capite deſcendens oportet abſcindere cauſam prout in cura catarri dictum eſt. Si autem propter ſputum ſanguinis oportebit conſolidare venam. Si autem propter humorem exiſtentem in pul. illum oportebit digerere poſtea euacuare ⁊ vltiſr oēm cauſam āmouere.

¶ Tertia intentio eſt abſterſio vlceris in pulue. que completur cum ſirupo. facilitantibus ſputum abſtergendo materiaꝫ videlicet cum ſiru. de liquirita de iſopo de quo dictum eſt ꝙ eſt abſterſor bonus ſimiliter de praſſio. ſumnūtur hi ſirup. cum melle roſa. aliquando cum. d. pectorali etiam cum aqua ſcabioſe capillorū veneris. iſopi feniculi ⁊ ſimilibus decoctionibus pectoralibus ſi nonfuerit feb. decoctionem ſupradictam cum ficubus dactilis ⁊c. dabimus. Si vero volumus decoctionem frigidam dabimꝰ decoctionem violarum liquiritie ſeminum cōmunium frigi. ſebeſten. etiam aqua zucha. ⁊ mellis etiam aquam cicerum rub. ⁊ lac ſupradicum ſed ſemper cum ptiſi complicatur feb. ideo licet rationem abſterſionis competant hi ſirupi calidi. tamen ratione feb. conueniunt et ideo miſcemus cum huiuſmodi ſiru. de liquiri. ſiru. vio. etiam cum lacte predicto dabimus de zucha. viola. ne noceamus febri et zucharū violatum eſt ſingulariſſimum. conuenit etiam aqua zuchari.

¶ Quarta intentio eſt conſolidatio que completur cum ſupradictis medicinis. ſed maius ſtudium ſit in abſtergendo et non pꝫ multū laborare in cōſolidādo qꝛ poſtea natura de ſeipſa incarnat ⁊ conſolidat. adhibere oportet ergo ea q̄ abſtergunt vt zucharū ro. in quo oēs cōcordāt Raſis enim dicit infiniti ſunt curati ex huiuſmodi zu. ro. ⁊ Aui. recitat hiſtoriā de quadā muliere que a fratre ſuo ꝑ zucharū ro. fuit liberata vide eā caplo de ptiſi. ⁊ hoc qꝛ in zucharo ro. multe complicanť intentiones. complicať enim virtus nutritiua qꝛ oē dulce nutrit ⁊ virtus abſterſiua rōne zu. ⁊ infri. rōne ſubſtātie roſ. etiam abſterſiua ratione ſucci roſa. non oportet adhibere de huiuſmodi zu. ro. in magna copia ⁊ oportet vt ſepe ſumat; ſed debet diuerſificari ſm diuerſas intentiones. Si magis abſterſionez querimus dictū zu. ro. debet eſſe recēs qꝛ eſt acutū ⁊ dul. Si ad conſolidationem magis q̄ꝫ abſterſionem qꝛ videmꝰ ꝙ egreditur per ſputum non materia virulenta ſꝫ ſanguinea tunc dabimꝰ antiquū cū bolo arme. Si vero materia ꝓpter virtutez ſtip. retineret in pul. tunc debemus exhibere ſiru. de iſopo velde liquiri. cū aqua d. pectoralis vel ſcabioſe vel alterīꝰ. ſanguis dra. etiam ⁊ ſimilia valēt. alia aūt valent a proprietate ſicut pulmo vulpis eſt enim ſingulare in curatiōe pul. ⁊ pulmo eritij etiam valet exccicatur enim ⁊ exhibeť de eius puluere. Auic. laudat cōfectionem ex pul. vulpis liqui. fiat loch vel vulpis retineatur in ore. Cōciliator in illa differentia vtrum ptiſis ſit curabilis. dicit ꝙ multe ſunt medicine q̄ non cognoſcuntur niſi a brutis et que curāt ptiſim. ⁊ dicit ꝙ oues que multuꝫ incurrunt in ptiſim cum eis aduenit querunt quādā herbā et comedūt eā vn̄ curanť ⁊ dicit Auēzoar ꝙ anothomizauit ouē q̄ paſſa fuerat hanc egritudinē ⁊ comederat herbā ⁊ inuenit vlcꝰ pul. cōſolidatū ⁊ adhuc erat cicatrix nō potuit tn̄ cōprehēdere q̄ herba eſſet iſta. aduenit em̄ ptiſis iſtis ouibꝰ ꝓpter catarrū qꝛ ſunt multuꝫ catarroſe ⁊ hu. ⁊ allegat Cōciliator Auēzoar de mente Hermetis ꝙ in vegetabilibus et mineralibꝰ, ſunt virtutes quas ſi homo ſciret operareť illud qō per artē magicam operatur.

¶ Quinta intentio eſt correctio accidentiū ⁊ vtplurimū eſt fluxꝰ ven. ⁊ hoc ꝓpter debilitatem virtutis nutritiue ſiue digeſtiue non potētis cibū digerere. ēt ꝓpter defectū virtutis continue. et ideo puluis poſitꝰ. a Raſi cōuenit adminiſtrādo cōfectionē epatis ⁊ ſtomachi cōfortatiuā vt cōfectionē diarodō abbatis qn̄ aliqui ꝓpter egritudinē hn̄t mēbra debilia nutritiua. ſ. ꝓcurāda eſt illoꝝ cōfortatio. Secundū accidēs eſt extenuatio ⁊ macrefactio cui ſuccuriť cū reſtaurātibꝰ velociter de q̄bꝰ ſūt brodia piguia aq̄ carnis ⁊ alia hmōi q̄ oīa ꝯueniūt ⁊ iſte q̄nq; intētiōes ſūt i ħa cura ptiſis ſꝫ qn̄ vꝛ ptiſis totalr

incurabilis tunc pcedim⁹ in ei⁹ cura cura bla ditiua exhibendo ea q̄ generant eſcaram: ideo debemus prouidere ne augeatur vlcus. dicit tamen Sen. ꝙ nunq̄ tenta it facere hanc curā: qꝛ lꝫ iſti viuāt ſunt tamen male viui vt dicit Aui. quia a qualibet cauſa leduntur. Mathe⁹ gradi recitat de quadam furnaria q̄. 28. annis vixit ptiſica ꝛ hoc propter aerem cali. ſiccum attractū a furno ex quo exiccatum fuit vlcus ꝛ facta fuit eſcara. iō in iſta cura blanditiua non ſunt applicāda illo modo humida nec lac ſed exiccātia quare. ꝛc.

¶ Cura tremoris cordis.

Nota primo circa medicinas cordiales ꝙ ſcebran ꝛ alſcebran ꝛ ſceſcebran communiter exponitur a Dioſcoride. Simo. ianuen. ꝙ eſt eſula ſꝫ tamen non eſt verum immo eſt ozimum gariofilatū: vt patet per Sen. prima tertij. c. illo. Cum materiā euacuare volum⁹ ꝛc. in fine etiam per eundem prima quarti. c. de cura ethice: lꝫ dicat ꝙ non confidat: et in ſinonimis Auic. inuenitur ſcebran eſt ſpecies ozimi. etiā Meſ. in quadam confectione cordiali quam dicit eē filij zacharie: dicit eſſe ozimum gariofilatum. etiam mihi videtur ꝙ ſit baſilicon. eſula enim eſt venenoſa: licet ad hoc poſſit dici ſicut ſcis ꝙ multis modis dicit aliquid cordiale vt habes ab Aui. in libello de viribus cordis. Nota etiam ꝙ iſtud notandum eſt male collectum quia male improbat illos auctores: nam auctoritas eorum maxima veritas ergo eſt ꝙ ſcebran eſt eſula que eſt ſpecies lacticinij ſicut dicit Simon ianuen. ſꝫ illud qḋ eſt ſpecies ozimi eſt ſceſcebran vt pꝫ in ſinonimis Aui. Et in hoc aduerte ꝙ aliquā inuenies ſcebran. vbi dꝫ eē ſceſcebrā ꝛ eō ꝛ hoc eſt vitio ſcriptoꝝ. De cura ergo tremoris cordis. Aui. tria facit capi. in primo dat cañ. generales. in ſecundo ponit curam tre. cordis cali. in tertio frigidi. ex quibus capitulis ſimul. cū dictis Raſis in hac cura eliciūtur quinꝫ principales intentiones que non ſolū deſeruiunt ad curam tremoris cordis ſed ad curam aliarum egritudinum cordialiū prima eſt debita regiminis adminiſtratio. ſecunda digeſtio vbi egritudo proueniat a materia. tertia euacuatio. quarta diuerſio. quinta cordis confortatio.

¶ In prima intentione taliter oportet ordinare regimen vt cauſe contrarietur et obſeruamus qꝛ aut huiuſmodi tremor prouenit a cauſa cal. aut fri. In proueniente a cauſa cali. aer eſt alterādus ad frigi. cū preſentia fri. odorum cū aqua ꝛ aceto etiam cum aqua ro. ꝛ aceto cum roſis camphora ꝛ ſemper cum his ponatur aliquid odoriferum ꝛ aromaticū habes bonum odorem vt ambra muſcus vinum aromaticum licet ſint cal. vt faciāt frigida penetrare. In cauſa vero fri. ſint preſentialiter odoramenta cal. vt ſaluia maiorana ambra roſmarinus origanū ꝛ ſimilia. Eſt autem maxima habenda cōſideratio i aere cum multum cito proueniat ad cor ꝛ ita cito poteſt iuuare vel nocere. et eodem modo cibaria alterētur vt in cal. cum aceto vino granatorum agreſta ſucco limonum arantiorum acetoſitate citri. Et vide Si. ianuen. de limone vbi dicit ſe nunquā vidiſſe aliquid de limone ab aliquo autore auctētico niſi ab Auic. prima quarti. c. de cura acutarum in generali. vbi laudat ſuccum limonis non ſaliti. Potus calefaciens in cauſa cal. dimittatur ſicut eſt vinū potēs fumoſum ſed exhibeatur aq̄ decoctionis coriandorum prepa. ꝛ cum his aquis admiſceatur iulep. vio. roſ. ſi tamen nō poſſet abſtinere ꝑpter conſuetudinem ſaltē dꝫ eis limphari cum aqua vel cum aliquo fri. ꝛ ita omnes res non naturales cauſe contrarientur de quibus dictum eſt ſatis ſupra.

¶ Scḋa intentio eſt digeſtio in qua opꝫ conſiderare in cām vel humorē tūc opꝫ illum digerere. In cā ergo cal. pcedendū eſt cū infri. digeſtiuis. ſꝫ in hoc obſeruandi ſunt cañ. poſiti ab Aui. Primus ponitur in. c. generali curationis egritudinis cor. vꝫ ꝙ qñ itēdim⁹ ifrigidare ſeu ca

leſacere non debemus cum exceſſiue fri. vel. cal. infrigidare ſeu calefacere: ꝛ hoc quia eſt membrum principaliſſimum ꝛ qꝛ omnia mēbra recipiunt ab eo influxū ideo opꝫ taliter agere ne ipſum diſtemperemus. Scđs caſi. eſt ꝙ qñ volumus infrigidare ſemper cū infrigidantibus miſcere debemus medicinam. cal. aromaticam ratio qꝛ medicine frigide claudunt vias ideo oportet admiſcere qđ habeat dilatare vias etiam vt naturalis calor ꝛ ſpiritus conſeruenꝫ. ꝛ ideo dicit Auice. quinto caſi. Errauerunt qui abſtulerunt crocū a trociſ. de camphora. ꝛ crediꝫ ꝙ forte dixerit propter Raſim qui in preſenti loco componit trociſ. de cāphora ꝛ non ponit crocuꝫ ſed ſolum ponit res in frigi. vnde dicit errauerunt iſti. vnde Cōciliator facit differentiam que eſt. clxvj. vtrum in diſcraſia cordis cali. cōueniant cal. ꝛ tenet ꝙ ſic. vbi tamen cor eſſet ita inflammatum tunc non debemus cū fri. admiſcere res cali. ideo Aui. facit illam exceptionem ſicut in cauſone. dicit Gen. vbi ſit fortis caliditas intellexit cauſonē ꝛ propter hoc poteſt ſaluari Raſis digeſtio ergo in cauſa cal. completur cum in frig. ꝛ ideo dādus erit ſirupus acetoſus vio. de endi. de ſucco aceto. de ribes. Si fortius intendimus infrigidare dandus erit de acetoſitate citri ꝛ de limonibus qui duo ſunt cordialiſſimi de quibus recitat Mattheus gradi ſe multos curaſſe cum huiuſmodi ſiru. dando cuꝫ aqua ro. plā. endi. ſolatri portulace. In cauſa vero. frigi. procedimus cū calefac. vt digerendo flegma dando mel. roſa. oximel ſim. compoſitū vel ſquillāticum. Si fortius intendimus dabimus ſiru. de duabus radi. ꝛ de quinꝙ ꝛ ſiru. pectorales de quibus dictum eſt ſupra vt de liquiritia de iſopo de paſſio cuꝫ aquis beto. ſcabioſe ꝛ aqua meliſſe. de qua Auice. facit ſingularia verba in libello de virib⁹ cordis ꝛ in ſecundo caſi ca. de meliſſa. ꝛ nota bñ qꝛ remouet humorem melancolicū exiſtentē in ſang. cordis. Habemus etiā ſiru. de fumo terre in materia aduſta ſiue ſit humor melancolicus aduſtus ſiue alter humor aduſtus. etiam ſirupus de thimo ꝛ epithimio. etiam ſirupus de pomis deſcriptum a Meſue capitulo de melancolia. qui multum valet in tremore cordis ꝛ confortat multum cor dando huiuſmodi ſiru. cū aquis buglo. boraginis fumiterre ſcolopendrie que multum valet contra humorem melancolicum.

¶ Tertia intētio eſt euacuatio quamuis euacuatio quandoꝙ precedat digeſtionē quia cor eſt membrū principale ideo ne aliquādo di[illegible]eramus incipimus ab euacuatione vbi eſſet res timoroſa de morte infirmi: ꝛ hoc eſſet coacte procedere Euacuamus enim ſm diuerſitateꝫ humoris cum farmacijs diuerſis. In cauſa ergo calida dabimus reubarbarū de quo ſermonem facit Auicē. in cura tremoris cordis cali. dando. ʒ. ſ. continuis diebus cū aqua frigida. ſed nō eſt huiuſmodi intelligendum ꝙ reubarbarum eſſet ſolutiuū quia non dediſſet continuis diebus. Gētilis enim dicit ꝙ eſt bonum in euacuando ꝛ eſt mirabile ꝙ ab Aui. nuſquā reperiatur reubarbarum eſſe ſolutiuum niſi ſecundo caſi. capitulo proprio in aureola decoratio. vbi dicit ꝙ confert pāno ꝛ veſtigijs remanentibus ſuper cutes quādo lenitur cum aceto ꝛ euacuatio cuꝫ eo. ſed ex iſto textu non elicitur ipſuꝫ voluiſſe reubarbarum eſſe ſolutiuum quoniā ipſe poſuiſſet in aureola membra expulſionis aliquid quod tamē non fecit. ꝛ dicit Gentilis ſecūdo caſi. capitulo allegato ꝙ temporibus Auice. non erat notū ꝙ eſſet ſolutiuū. ꝛ ideo poſt venit in vſu ꝛ experientia comprobatū eſt ꝙ eſt ſolennis medicina benedicta ꝛ confortatiua membrorum exhibendo in infuſione vel in ſubſtantia. In ſubſtātia communiter dabimus a. ʒ. ſ. vſꝙ ad. ʒ. ſ. ß. In infu. vo dabim⁹ a. ʒ. ij. vſꝙ ad. iij. infuſis in aqs endi. mirabolani etiam citrini faciūt ad colere euacuationem ꝛ procedere ſemper debemus cum non inferentibus nocumētum cordi vel rectificare cum cordialib⁹ ꝛ hoc in omnib⁹ ſolutiuis ideſt vitamus ſcamoneata. In fri. vero cauſa ꝛ maxime flegmatica cōuenit pro euacuatione electuarium diafenicon eꝛm indum. conueniunt etiam mirabo. chebuli ꝛ agar.

qui laudatur ab Auicen. in libello de vi
ribus cordis tanq̄ꝫ cordiale. Si vero vel
lemus euacuare materiā melancolicam
cōuenit ꝯfectio amech deſcripta a Meſ.
pillule de lapide lazuli pillule inde etiā
flo. baſilice. Inquit enim Auicē. floboto
mia baſilice dextre vꝫ in repletione ſan
quātitate mellis cocti. ⁊ fiāt ſuppoſitoria
conuenit etiā ſm Raſim fortis fricatio
ven. cū pāno cal. vt poroſitates bene ape
riantur ⁊ ventoſitas reſoluatur.
¶ Scda intentio eſt remouere malā di-
ſpoſitionē epis ⁊ cōfortare ipſum cōſide
rando cām eius de quibus ſepe ſupra di
ctū eſt. Et no. ꝙ ſpēs hidropiſis plerūqꝫ
abinuicem non abſoluuntur ſed ſepenu-
mero complicātur ⁊c.

¶ Cura doloris ſplenetici.

Cura huius egritudinis diuer
ſificatur ſm cauſe diuerſita-
tez incipiendo a cā cali. opor
tet conſiderare naturā dolo-
ris ſplenetici. Si. n. fuerit ma
la complexio cal. ſufficit alteratio ⁊ regi
men cōtrariū ⁊ abſciſio cauſe: ideo opor
tet alterare cām calefacientē ⁊ ordinare
regimen contrariū tā cum interius ap-
plicatis ꝙ̄ exterius. ⁊ ita de qualibet ma
la complexione dicendū ſemper ordinan
do regimen cōtrariū. Si vero fuerit ma-
la cōplexio dependēs a materia humora
li ſicut plurimum contingit tres intētio-
nes ſunt obſeruande ſuppoſito debito re
gimine de quo abunde multotiens dictū
eſt. prima eſt digeſtio. ſecūda euacuatio.
tertia reſolutio ⁊ remotio male comple-
xionis.
¶ Prima intentio completur cum ſiru-
po acetoſo vio. de endi. cuz aquis appro
priatis ſin. cico. endi. violarū acetoſe ⁊c.
¶ Secunda intentio completur cum reu
bar. pillulis aureis aggregatiuis dia-
pruni. s. electuario ſucci roſa. ⁊c.
¶ Tertia intentio completur cum debili
bus reſolutiuis quia matera eſt cali. ⁊ ſi
tota eſt eradicata remouebimus malam
complexionem ⁊ confortabimus cuz pre
dictis ſiru. etiam cum aquis zucharo ro
ſa. violato triaſan. diarodon abba. ⁊ d.
communi. Per exterius vero inungen-
do cum oleo roſ. violato: etiam epithime
tur ſplen. cum aqua ro. plan. ⁊ aliis in-
frigidantibus permiſcendo puluerem ro
ſa. Si vero ſit humor flegmaticus opor
tet primo digerere ipſum flegma cuz his
que ſepius dicta ſunt. Sed oportee nota
re can̄. ꝙ medicine digeſtiue debēt eſſe vi
goratiores ⁊ fortiores ꝙ̄ in egritudini-
bus epatis: quia materie cōtente in ſple
ne multum diſtant a viis ductuum: ideo
medicine non poſſunt ita ad ſplenem pe
netrare propter earum groſſitiem. ideo
oportet ſemper in eiſdem medicinis ad-
miſcere acetum. ⁊ in cauſa cal. ſiru. ace.
eſt conueniens. ⁊ in cauſa fri. oximel. s.
vel compoſitum vel ſquiliticum cū melle
ro. etiā cū ſiru. de duabꝰ ⁊ de quinqꝫ radi
ci. Euōnis vero intētio cōplet cū aga. q̄ ē

ſingulariſſimus ⁊ habet cū eē ꝓprieta
tem etiā cum ſplene etiā cum hiera. Sal.
diafenicone ⁊ aliis. Remotio vero male
cōplexionis fri. complet̄ cū interius ap-
plicatis vt dando diamuſ. dul. vel ama-
rū electuariū de baccis lauri aromaticū
roſa. tiriacā ⁊c. Per exterius vero inun
gendo cū oleo de ſpica de ruta de cappa
ribus: ⁊ iſta ſunt vſualia quibus practi-
ci cōiter vtunt̄. Si vero ſit materia vento
ſa opꝫ cōſiderare ſi habeat cām fouentē
ſicut plurimū contingit q2 tunc neceſſe
eſt illā digerere ⁊ euacuare poſtea vento
ſitatem reſoluere. Per interius cōuenit
diaciminū electuariū de baccis lauri dia
muſcus dul. de quibus dicet̄ infra. Per
exterius conueniunt fomentationes ex re
bus reſoluētibus vt aneto ruta pulegio
calamēto ſemine aniſi cimini ⁊c. ⁊ facta
decoctione cuꝫ ſpongiis vel veſica appli
camus poſtea inungimus locū cum oleo
de capparibus de ruta de aneto. ſed di-
cit Auic. in. c. de inflatione ſplenis. ꝙ me
dicine egritudinuꝫ ſplenis debent habe-
re virtutē reſolutiuā aperitiuā ⁊ abſterſi
uā poſtea dicit ꝙ in apātibus cōpetunt
magis roſo. ꝗ̄ ſtip. ⁊ in reſolutione vento
ſitatis magis ſtip. ꝗ̄ reſo. qui tex. videtur
dubius q2 ad reſol. ventoſitatis magis
conueniunt carminatiua ventoſitatis.
Senti. dat duas expoſitiones vide eum.
Si vero cā ſit apā ⁊ ſit cal. qđ raro con
tingit vel fit a materia colerica vel fleg-
matica vel melancolica vel ſanguinea
in princi. diuertimus ⁊ euacuamus. ſi ſit
a materia ſanguinea vel ſanguini mixta
debet fieri flo. baſilice dextre. ſi ꝓpter re-
tentionē menſtruorum debet fieri flo. de
ſaphena. poſtea debemus repercutere cū
oleis ⁊ aquis fri. ſupradictis vt inunge-
re cū oleo ro. vio. ⁊c. ⁊ epithimamus cuꝫ
aqua ro. plan. ⁊c. Et quādo nō amplius
fluit de materia facimus flo. de ſaluatel
la de qua fecit mentionē Raſis que eſt in
ter digitum annularē ⁊ auricularem et
eſt ramus baſilice. Jn augmento permi-
ſcere reſolutiua cum ſtip. ⁊ etiam ſemper
debent admiſceri aliqua que prohibeāt
duritieꝫ ſplenis q2 facillime indurat. Jn
ſtatu vero reſoluimus cum camomilla
radice altee farine ſeminis lini ⁊ fenugre
ci. ſed cauendū eſt ne induremus vt predi
ximus ⁊ cum iſtis facimus empl'a admi
ſcendo de oleo amig. dul. de capparibus
⁊c. Ultimo in declinatione conſumpta
materia confortamus locum cum oleo
maſticino ro. ⁊c. Si vero ſit apā durum
⁊ hoc eſt quaſi ſemper in egritudinibus
ſplenis q2 hec durities prouenit propter
materiam melancolicam induratam vel
apā induratum. Jn cura eius ſunt tres
intentiones. prima eſt digeſtio melanco-
lici hu. ſecunda euacuatio. tertia mollifi
catio ⁊ reſolutio.

¶ Jn prima intentione digerimus cuꝫ ſi
ru. de thimo de epithimo de fumoterre
de pomis permiſcendo ſemper aliquid
inciſiuum vt ſiru. acetoſum vel oximel
ſimp. compoſitum vel ſquiliticuꝫ vt. Rx.
ſiru. de epithimo. ℥. ʃ. ſiru. aceto. ſimp. ℥.
ß. cū aquis appropriatis inter quas eſt
aqua ſcolopendrie maxime ſpleni appro
priata vt dicit Auic. ſecundo cañ. dicit
etiā in capl'o de cura ſplenis ꝙ ſi detur
quattuor diebus de decoctione oximel-
lis in qua ſit decocta ſcolopendria delet
ſplenē. valet etiā aqua fumiterre ⁊ aqua
thamariſci q̊ thamariſcus reſpicit ſple-
nē a ꝓprietate. quidā vtunt̄ vino infuſio
nis thamariſci vel tenēdo thamariſcū in
vino quādo bibunt vel imponunt in va-
ſibus vbi ſit vinum. cortices etiā radicū
capparorum laudātur ab Auic. etiā lau
datur ab eo portulaca a proprietate.

¶ Secunda intentio eſt euacuatio que
completur cū confectione amech Meſ.
cum mirabolanis indis cum epithimo
vt ſumendo de epithimo. ʒ. ii. cum. ʒ. ʃ. oxi
mel. multum valet vt dicit Auicen. Jtem
valent pillule inde pillule de fumoterre
de lapide lazuli dando a. ʒ. ʃ. vſqꝫ ad. ℈.
iiii. ⁊ debent iterari iſte euacuationes q2
iſte humor eſt durus ⁊ non poteſt facili-
ter in vna euacuatione euacuari.

¶ Tertia intentio que eſt mollificatio ⁊
reſolutio complet̄ cū his que habēt mol
lificare ⁊ reſoluere de quibus ſunt que-
dam que laudat Gordonius vt eſt vnguē
tum factum ex medulla cruriuꝫ cerui vel
vitulorum cum adipe galline. aſſungia
oleo amigda. dul. valet etiam vnguentū
de melliloto etiam iſopi cerotum ⁊ cum

iſtis poſſumus miſcere ea que a ꝓprieta-
te valent. Eſt etiam vnū ſingulare quod
cōmendat Aui. ⁊ eſt in cōmuni practica
ſcilicet gummi armoniacū diſſoluendo
in aceto ſquillitico miſcendo cū oleo de
capparibus aut amigda. dul. ⁊ vt confi-
das in eo fuit ſecretū Ioā. giringelli. Eſt
etiam vnū ſingulare in reſoluendo ⁊ mol
lificando materias ſplenis videlicet ac-
cipiendo radicem ciclaminis ſiue panis
porcini qḋ idem eſt diſſoluendo cum ali-
quo oleo appropriato ⁊ eſt multū vſuale
in partibus romanis ⁊ neapolitanis: ⁊
hāc egritudinē lōgo tēpore paſſus eſt ꝑn
ceps Robertus ſeuerinꝰ quē empericus
quidā cum hac radice ſanauit fiat itaqꝫ
ex radice iſta vnguentum cum oleo ⁊ ſu
per ſplenē ponatur ⁊ ordinatur ſic hoc
vnguentuꝫ. ℞. ſucci panis porcini vel ra
dicis eius ſucci ſenationis olei cōmunis
an̄. lib. j. olei amigda. dul. ℥. j. vel olei ſpi
ce ⁊ ſeminum portulace an̄. q. s. cere pa-
rum ⁊ fiat vnguentū. Giringellus habe-
bat hoc remedium pro ſecreto. s. ℞. flo-
rum geneſtre ſcolopendrie foliorū ſalicis
thamariſci radicum capparorū an̄. M.
bulliant in ſufficienti quātitate aque de
inde capiatur veſica in qua poſitum ſit
butirum liquefactum: deinde ponat̄ hec
veſica in vaſe in quo ſit illa aqua calida
⁊ ingenietur vt ſtet ſubmerſa in aqua do
nec butirum liquefiat: deinde accipiatur
de butiro illo quod participat virtute il
lorū ſimplicium ⁊ ex illo vngatur regio
ſplenis. accipiatur etiam veſica alia illa
decoctione plena ⁊ ponatur ſuper ſple-
nem quare ⁊c.

¶ Cura colice.

IN cura doloris colici ſerua
bitur ordo Aui. primo ponē
do quoſdam can̄. generales
poſtea ponendo diſtinctam
curam ſm̄ cauſas.

¶ Quātū aūt ad curā generalē ꝑmo opꝫ
aduertere vt nō differat̄ cura colice qꝛ co
lica eſt dolor inteſiſſimus cito virtutis ꝓ
ſtratiuus: ideo cito a principio eſt cū va-
rijs remedijs ⁊ ingenijs ſuccurrēdū. Se
cundus can̄. eſt ꝙ in eis in quibus dant̄
inducie primo exhibeamus cliſteria dein
de ſolutiua per ſuperius: nō ergo primo
exhibeamus medicinas ſolutiuas ꝑ os:
qꝛ talis medicina attraheret multas ma-
terias ad inteſtina: ⁊ tunc humores per-
partem inferiorē nō poterūt egredi: ⁊ nō
potētes egredi regurgitabūt ad mēbra
ꝓncipalia. Tertiꝰ can̄. ē ꝙ nō adminiſtrē
tur medicine ſolutiue que attrahāt a re-
motis quia talis materia faciēs colicam
eſt in inteſtinis: ⁊ ideo illa que veniunt a
remotis ad inteſtina non poſſunt tranſi-
re propter oppilationē ⁊ ita faciunt ſeua
accidentia. ſed hoc intelligendū eſt quan
do materia colice ſolum eſt in inteſtinis
collecta ⁊ nō aliunde fluit qꝛ vbi flueret
oporteret illam euacuare vt ſi eſſet colera
fluens ab epate que eſſet colice cauſa vel
a cerebro vel ab alio mēbro quāuis alia
materia fluat. Si vero ab inteſtinis ſolū
eſt quartus can̄. ꝙ ſi in inteſtinis cauſet̄
excoriatio nō debemus adminiſtrare for
tia ⁊ acuta cliſteria: ſed exhibeantur ano
dina lauatiua ⁊ ſedatiua dolorem qꝛ ta
lia bene conueniunt. ⁊ in caſu hm̄oi can̄.
bene euacuabimus per ſuperius ſicut di
cit Aui. intelligēdo ꝑ ſuperiꝰ. i. ꝑ vomitū
ne materia trāſeuntes per loca excoriata
magis lederent. ⁊ hoc modo exponit Ni
colus. Nota ꝙ ⁊ ſi videatur cōtradictio
inter dicta Aui. qꝛ prius dicit ꝙ non de-
bent dari ſolutiua niſi prius ſit deoppi-
lata via. deinde dicit ꝙ ſi nō poſſumus
aperire viā inferiorem debemus dare ſo-
lutiua. ibi. n. intelligit de debilibus ſolu
tiuis ⁊ nō fortibus. in primo aūt can̄. in-
telligit de ſolutiuis fortibus que multū
agitant. No. etiā ꝙ Aui. in iſto capitulo
etiā in. c. de apate epatis docet admiſce-
re ſolutiua cū cibis ſicut ibi notatum eſt.
ideo aliqui cōponūt nebulas ſolutiuas
cū ſcamonea turbith ⁊ eſula. Quiutus
can̄. eſt ꝙ qn̄ venit colica a cā fri. nō de-
bemus vti fortibꝰ calefactiuis qꝛ iſta mul
totiens augēt dolorē qꝛ inueniūt mate-
rias groſſas fri. aliqn̄ eas ſubtiliāt ⁊ in
vētoſitatē cōuertunt ⁊ ita augent dolorē
⁊ ideo licet Gal. 7. terapē. c. 15. recitat hi
ſtoriam de alleo in cura colice cum vino
albo vbi etiam dicit ꝙ ipſum eſt tiriaca
ruſticorum non tamen conuenit vbi ſtet

replstep materierum neqꝫ alia fortia re-
ſoluentia ſicut electuariũ de baccis lau-
ri. Sextus cañ. in vſu cliſteriorum eſt ꝙ
eger debet ſe taliter ſituare vt cliſteria de
clinent ad locũ doloris itaqꝫ poſt aſſum
ptionẽ cliſteris reuoluat ſe eger ſuper lo
cum dolentez. Septimus cañ. ꝙ ſi talia
cliſteria nõ pñt ingredi ꝓpter vẽtoſitatẽ
debemꝰ iterũ ac iterum reiterare qꝛ fortaſ
ſe ventoſitas erit egreſſa vel mutata. Et
Aui. deſcribit vnã optimã formam cliſte
ris per cuius immiſſionẽ pōt ⁊ enema in
gredi ⁊ ventoſitas egredi: cuius deſcri-
ptionem ⁊ formã ponemꝰ infra. Octauꝰ
cañ. eſt in ſuppoſitorijs ⁊ ipſa debent eſſe
longa ad menſurã ſeptem digitorũ vt vir
tus eorum poſſit ad longinqua cõmuni
cari. Nonus cañ. in ſtupefacientibus eſt
ꝙ non debemus cito a principio narcoti
ca approximare: ſed quando alia nõ ſuf-
ficiunt qꝛ in paruo tempore redit poſtea
dolor ⁊ materia infrigidatur ⁊ ingroſſa
tur ſi fuerit frigi. ſi oppilatio magis op-
pilabitur ſi ventoſitas magis ingroſſa-
bitur. Decimus cañ. eſt ꝙ extra debemꝰ
iſta narcotica approximare in forma em
plaſtrorum. Si vero per ſuperiora vel in
feriora adminiſtramus ad intra oportet
ꝙ iſta ſtupefactiua ſint bene conſolata ſi
cut egethea filonium ⁊c. Cañ. aũt ſpecia
les ſunt iſti. Primꝰ ſedatio doloris que
cum talibus ingenijs cõpletur. Primuz
eſt in cauſe abſciſione ⁊ hoc ingenio vere
curatur dolor qꝛ remota cã remouetꝛ effe
ctus. ſ. dolor. Sed in abſciſiõe cauſe quã
doqꝫ indigemus digeſtione diuerſione re
ſolutione ⁊ tandez euacuatione ⁊ iſta nõ
poſſunt fieri niſi per tempus ⁊ interim ꝓ
pter dolorem virtus proſternitur: ideo in
digemus alio ingenio ⁊ ſecundo in ordi
ne ⁊ eſt adminiſtratio rerum anodinarũ
ſupra locum dolentem que habeant cali
ditatem temperatam non excedentez pri
mum gradũ: ⁊ aliqualem humiditatem
que confortant calorem naturalem. con
ferunt etiam quia ſi mala complexio fue
rit cal. confortando calorem naturalem
redditur vicina naturalitati. etiam pro-
pter humiditatem iſta anodina faciunt
laxare locum dolentem ⁊ remolliunt ip-
ſum. ideo quando fit extenſio a ventoſi-
tate pōt membrum magis dilatari. Ter-
tium ingenium eſt adminiſtratio narco-
ticorũ auferendo ſenſum loci. ⁊ ita natu
ra recipit aliquantulum iuuamentum ꝓ
pter ſtupefactiua quando alia non ſuffi-
ciunt vt habetur quarta primi capitulo
penultimo de ſedatiõe doloris. Cũ ergo
occurrimus alicui patienti intenſiſſimuz
dolorẽ oportet ipſum a prin. remouere cũ
ſecundo ingenio qꝛ ſepe cauſa non poteſt
ita cito remoueri: ideo procedimꝰ cũ ano-
dinis mitigãtibus dolorem per exterius
⁊ per interius applicata. Per exterius
autez applicamus in forma embrocatio
num fomentationum vnctionum empla
ſtrorum ⁊ balneorum. Per interius vero
in forma cliſteriorum. facimus autem a
principio embrocationem ex rebus ano-
dinis faciendo cadere ab alto aquã de-
coctiõis camomille melliloti aneti ſemi
nis lini ⁊ fenugreci ⁊ ex malua altea ⁊ ſi
milibus ponendo iſtam decoctionem in
vaſe facto ſicut clepſedra qḋ eſt perfora-
tum multis foraminibus in fundo quo
vtuntur mulieres ad irrigãdas herbas
ſuas: ſʒ hoc infirmis faſtidioſum eſt: ideo
practici procedunt potius cum fomenta
tionibus euaporationibus accipiendo
magnam ſpongiam ⁊ eam infundere in
decoctione predicta ⁊ exprimendo vel ac
cipiendo veſicã ⁊ eaz implendo illa deco
ctione ⁊ applicando loco dolenti. Inun
ctiões fiant ex oleis anodinis vt ex oleo
de camomilla anetino de ſemine lini: ma
xime quando eſt ventoſitas vel replere
veſicam oleo communi ⁊ apponere loco
dolenti. Quidam habent pro ſingulari
ſecreto accipere de fimo iuuencorũ ⁊ leda
mine in quo mingunt boues equi ⁊ aſini
⁊ putrefacto incorporẽdo cũ dictis oleis
⁊ in forma empl'i applicant loco. Qui-
dam accipiunt ſilum coctum in ciueribꝰ
cũ lixiuio ⁊ ſic cali. apponunt loco. Sed
ſi iſta nõ ſufficiunt opʒ deuenire ad bal-
neuz quod fit ex decoctione dictarũ rerũ
in vaſe ad ſedendũ in illa decoctione ita
ꝙ aqua ſuperaſcẽdat locũ dolentẽ ⁊ ibi
ſtet ꝑ mediã horã vel ꝑ quartã partẽ ho
re. Sed eſt notorũ cañ. in impoſitiõe bal
nei qꝛ virtus maxime proſternitꝛ ꝓpter do
lorẽ parũ cibũ ⁊ ꝓpter vigilias. Videmꝰ

ergo ſi virtus eſt fortis potens tollera-
re balneū ⁊ tūc adhibeat ⁊ pro toto tp̄e
balnei ſint odores boni ⁊ aromatici. la-
uent pedes ⁊ manus ex aqua roſ. ⁊ vino
aromatico vt virtus confortet. Per inte-
rius autē poſſumus dupl'r exhibere: ꝑ ſu-
periꝰ. ſ. et ꝑ inferiꝰ ꝑ inferiꝰ exhibemꝰ cli-
ſteria ex anodinis ⁊ decoctione ꝑdicta ⁊
ponat in librā. j. hūōi decoctionis. ℥. j.
caſſie. ⁊ ℥. j. zuchari ⁊ erit lenitiuū ven. Et
cliſtere ex brodijs pinguibus ⁊ ponere
duo vitella oui. etiā cliſtere ex ſolo oleo
camomillino vt exhibendo de ipſo lib. i.
etiam oleum de ſemine lini eſt ſingulariſ-
ſimum per cliſtere impoſitum q2 hume-
ctat ⁊ lenit ven. ⁊ q̄dam habent hoc pro
ſecrecto. Per ſuperiꝰ vero exhibent ea q̄
hn̄t talem virtutem inter que ſingulariſ-
ſima eſt aq̄ decoctionis camomille vel
aqua ſublimationis eius in ſecūdo cañ.
c. proprio. Brodiū ēt galline vel carnis
pinguis cū croco multum vꝫ. Et ius gal-
li. Aliqñ vero dolor eſt ita vehemēs ꝙ nō
ſufficiunt anodina ⁊ timemus ne virtus
deficiat ⁊ in h̄ caſu oꝫ ad narcotica deue-
nire ꝑ ſupiꝰ vel ꝑ inferiꝰ. Eſt tñ. cañ. ꝙ nō
debemꝰ hmōi narcotica a prin. exhibere
q2 vt dicit Aui. in c. de colica a materia
fri. cōponūt rem maximi timoris ꝑcipue
qñ materia eſt fri. q2 addūt in cā. ⁊ ſi eſt
vētoſitas illa ingroſſat ⁊ dolor reddit for-
tior q̄ꝫ priꝰ ꝑ exhibitionem narcoticorꝫ
⁊ ideo ſolꝫ in caſu deſperato opꝫ iſta ex-
hibere. ſi. n. videmus ꝙ infra duos dies
infirmus poſſet deficere adminiſtremus
iſta ſtupefactiua ⁊ apponamꝰ iſta magis
per inferius q̄ꝫ per ſupius vt faciendo cli-
ſtere ex brodio galline admiſcēdo filonij
romani. ℥. j. qđ deſcribit q̄nto cañ. ſꝫ ē ali-
ud filonium pſicum qđ ab Aui. deſcribi-
tur tertio cañ. de cura ſputi ſan. ⁊ habet
virtutem conſtrictiuaꝫ. ſed primo practi-
ci communiter vtuntur. Fit etiam in for-
ma ſuppoſitorij accipiendo lanam vel co-
tū ⁊ ponere circa de filonio ro. ⁊ torque-
re in forma ſuppoſitorij. Aliud quo pra-
ctici communiter vtunt eſt ſuppoſitoriuꝫ
de litio in quo ingreditur opium. ⁊ de-
ſcribitur ab Auicēna in. capitulo de flu-
xu. ven. excoriatiuo. ſed oportet alligare
cum filo vt poſſit ad libitum remoueri
quia aliquādo accideret ꝙ propter nimi-
am dimiſſionem poſſet eger mori extin-
cto calore. ſicut contingit Papie in qua-
dam muliere in qua ſuperuenit ſubito et
appoplia ⁊ mortua eſt: laudat etiā Aui.
cliſtere ex aqua carnis. ⁊. ʒ. j. caſtorei ca-
ſtoreum. n. corrigit opiū ⁊ eſt ſicut bezo-
ar ad ipſum. ⁊ dicit. Aui. ꝙ aliqñ opor-
tet ſolum opium ponere. q2 dolor eſt ita
intenſus ꝙ cum debilibus non poteſt re-
moueri. ſed conſulo vobis vt ſemper ſint
correcta. Nicolus autem floren. facit cli-
ſtere ex vino aromatico cū ſit cal. ⁊ hu. nō
tale tamen vinum debet eſſe multum an-
tiquum. Aliquando aūt iſta non ſuffici-
unt per partem inferiorem. ſed opꝰ eſt trā-
ſire ad fortiora que per os ſumunt. Et de
iſtis ſunt tria vſualia. domeſticū eſt ege-
thea ſtupefacit. n. ⁊ reſoluit propter ca-
ſtoreum qđ ingreditur. Si fortius volu-
mus eſt athanaſia Ni. dādo. ʒ. j. vel. ʒ. ſ. Et
fortius aūt adhuc eſt filoniuꝫ de quo da-
mus vſq3 ad. ʒ. ſ. Sunt etiam aliqua q̄
a proprietate valent vt ſtercus lupi vt di-
cit Gal. x. de ſim. medicina recitās hiſto-
riā de q̄daꝫ diciteꝙ os qđ inuenit in inte-
ſtinis lupi qñ cōedit aliqđ aīal ⁊ nō potu-
it bñ maſticare oſſa poſtea iuenit i ipſiꝰ in-
teſtinis ſi poſtea accipiat ⁊ ſuſpēdat collo
vꝫ dicit Aui. ꝙ debemꝰ colligere illud ſter-
cus lupi qđ inuenitur ſuꝑ ſpinas. etiā in-
teſtinum lupi ſi ſuſpendatur collo valet
Si etiam in lana arietis qui euaſit a lu-
po iuoluatur huiuſmodi inteſtinuꝫ ⁊ col-
lo ſuſpendatur valet. Caſtoreum etiam
eſt ſingulare et laudatur ab Auicena ra-
tione proprietatis ⁊ manifeſte qualita-
tis. eſt enim calidum ⁊ ſiccum etiam lum-
brici terreſtres dando. ʒ. j. cum vino albo
etiam cornu ceruinum dando. ʒ. j. cum vi-
no albo. in quocūq3 tempore poſſunt iſta
exhiberi. Scorpiones aſſati valent mul-
tum vbi talis colica nō prouenit ab apo-
ſtemate. et dicit. Auicena ꝙ per ſe valēt
in dolore renali et per accidens in colica
ſecundum ſcriptum Antonij vacce qui
ſcripſit ſuper. 16. tertij ratio ꝙ per ſe va-
leant in dolore renali eſt q2 frāgūt lapi-
dem per ſe. ſed q2 dolor colicus pōt per
communitatem renalis fieri ideo remo-
uēdo dolorē renalē ꝑ ſe dicūt remouere

doloreȝ colicũ per accidens. Uel dicitur
aliter ꝑ accidens q̄ꝛ ſolum a proprietate
valent ⁊ non remouent cauſam in coli-
ca. in renali vero dolore abſcindunt cau
ſam. Joan. arcula. dicit ꝙ ꝓuocāt vrinā
Ideo dicunt̄ per accidēs eo ꝙ ꝓuocatio
vrine facit ad diuerſionem materierum
ad inteſtina fluentium. ſed iſta ratio pa-
rum vr̄ valere. Quidam medicus Mi
hꝫ pro ſecreto puluerē oſſium vel ſeminū
neſpilorum ⁊ potes exhibere cū ſemine
aniſi coclearīū vnum. Quantuȝ vero ad
abſciſionem cauſe ſi materia fuerit fleg-
matica dimiſſo regimine conſiderāde ſūt
quattuor intentiones. prima eſt lenitio
ven. ſecūda digeſtio. tertia euacuatio. q̄r
ta reſolutio reſidui remanentis ⁊ con-
fortatio.

¶ In prima intentione conueniunt ea q̄
leniūt ven. qualia ſunt cliſteria ſicut di-
ctum eſt facta cū caſ. puluere zuchari ad
dendo. ʒ. ß. hiere. s. vel hierelogodion vel
diafeniconis vel el'ij indi. ⁊ qn̄ ſunt mol-
lificate feces poſſumus dare per ſuꝑius
℥. j. hierepigre diafi. ʒ. ij. vel electuarij in
di. Et cum caſ. ⁊ non debēt iſta ſolutiua eē
fortia a principio.

¶ Secunda intentio q̄ eſt dige. fit cum ſi
ru. de duabus radi. vel de quinq; radici
bus cum oximel. s. ſi materia eſt viſcoſa
cū melle ro. ⁊ de iſtis ſatis ſupradictum
eſt et cum aqua fe. ⁊c.

¶ Tertia intentio eſt euacuatio ſed debe
mus commemorare cañ. in principio cu-
re dictos. euacuam⁹ poſtea cū hiera gal.
q̄ multum commēdat̄ dando. ℥. j. ⁊. ʒ. ij.
diaſini. vel electuarij indi vel de algalia.
Item cum pillulis deſcriptis in littera
a Raſi materia et que eſt in vijs ductuū
poteſt euacuari ſine digeſtione q̄ꝛ et ē ma
ximus ⁊ intenſus dolor vt pꝫ in carmini
bus poſitis a Jacobo forliuienſi. ⁊ Ugo
ne ſenenſi videlicet Sinocha cum colica
freneſis ſquinantes ⁊ antrax materias
crudas euacuare iubent.

¶ Quarta intentio eſt reſolutio que fit
cum oleo rute aneti lilij camomille addē
do carminatiua vt ciminum feniculi lau
rum abrotanū pulegium aniſum cum. d.
predicta. conueniunt etiā confectiones
cal. vt aromaticum roſ. electuarium de
baccis lauri diaciminum diamaſcū dia
galāga. Si prouenia t huiuſmodi colica
a materia melancolica vel a colera pro-
cedimus cum eiuſdē quattuor intentio-
nib⁹. Primo dando ſirupos appropria
tos. Si autē a fecibus mollificam⁹ eas
cum camomilla altea matribus violarū
ſemine lini fenugreci faciendo emplaſtra
cum butiro oleo amigda. d. etiam facien
do fomentatiōes ⁊ cliſteria ex predictis
vt cliſtere ex ſolo oleo violarum. Per ſu
perius vero mollificamus cum caſ. fiſtu.
manna ⁊ terbētina dando. ℥. j. vꝫ etiam
ius galli. ⁊ Auicen. dat modū quomo-
do dꝫ preparari. dicit enim capiat̄ gall⁹
antiquus ⁊ verberet̄ adeo ꝙ multum de
bilitet̄ deinde euiſceret̄ deplumetur ab-
luaturq; cū vino albo imponēdo int⁹ po-
lipodiū aniſuȝ feniculum agari. turbith
ſm̄ diuerſas intentiones ⁊ cōſumet̄ vſq;
ad oſſa ⁊ damus de brodio eius vſq; ad
℥. viij. vel. x. hꝫ enim virtutē ſolutiuam ⁊
non euacuat a remotis. Dubium autem
eſt de iure galli vtrū ſit cal. cōplonis. nā
Aui. in. c. de cura colice in gn̄ali dicit ꝙ
eſt cal. ⁊ tamen in cura colice ex fece cō-
numerat inter lubricātia fri. Dicit Sen.
ꝙ ius galli eſt fri. reſpectu aliarū rerum
magis calefacientiū. Anto. vacca dicit ꝙ
Aui. deficit in lr̄a. inquit. n. dꝫ dicer . Et
lubrificātia in fri. ſ. colica ſunt ſicut iura
pinguia ⁊ proprie ius galli ⁊c. Uel dicit
ꝙ dꝫ poni cal. vt dicat ſic. Et lubrifican
tia fri. ⁊ cal. ſunt ſicut iura pinguia ⁊c.
q̄ꝛ Aui. paululū an̄ dicit. ⁊ lubrificantia
fri. ⁊ cal. Quidam alij dicunt ꝙ in deco
ctione galli ponunt̄ primo thamarindi
ſebeſten. ita vt multū cōſumet̄ aqua ⁊ il-
la ſuꝑant virtutē galli ⁊ ius erit fri. Si
vero ꝓueniat colica ab ap̄ate ꝓcedimus
cura ap̄atis. ⁊ de iſtis ſatis dictū eſt ſu-
pra. Si vero a vermib⁹ dicet̄ in. c. de cura
vermiū. Si a malo ſitu inteſtinorū debe
mus reducere ad ſitum ſuū leuiter ⁊ ele-
uent̄ crura ad ſuꝑiora ⁊ ꝑ motū reducan
tur ſi ꝓpter rupturā oꝫ facilr̄ reducere inte
ſtina ſi a mala cōplone qđ raro ē cōſide-
rem⁹ q̄lis ſit ⁊ illa remoueam⁹ ſi a vētoſi
tate reſoluam⁹ illā vt cum electuario de
baccis lauri qđ ponitur a Raſi. ⁊ ꝟ ꝓce-
dentib⁹ ↄ̄onib⁹. Si pēdet a materia ipū

cipio vero cũ leuiori incipe oz vtputa cuz
puluere aniſi cũ vino albo. eſt etiam dia
ciminũ diagalanga. Jtem cliſteria ano-
dina ꝛ carminatiua vt cum camomilla
aneto pulegio calamento ſemine aniſi ci
mini aneti cũ. ℥. iij. olei aneti ꝛ. ℥. ſ. hiere
pigre ꝛ euaporationẽ cũ decoctione pre-
dictorum facere. Jtem vẽtoſa magna po
ſita ſupra locum ꝛ iterata laudatur hic
a Raſi ꝛ. viij. continentis ꝛ ab Auicẽ. ꝛ
alijs ꝛ cliſtere: ꝛ inunctio ex oleo ruta-
ceo ꝛ cũ oibus carminãtibus. Eum aũt
cañ. aduertẽdus ꝙ in principio nõ ſunt
fortia exhibenda qñ materia eſt fouens.
ꝛ ideo opꝫ facilia prius adhibere. Nota
cañ. ſingularem in hac cura colice in ex
hibitione medicinarum quẽ ponit Ra-
ſis ꝛ eſt optimus modus practicandi. ſci
licet dare ſolutiua mixta cum ſtupefacti
uis ꝛ iſto modo practicãdi vtebatur qui
dam ſingularis doctor. ſ. Jo. arcu. etiaꝫ
nunc quidã medicus mediolaneñ. in hac
cura cõſequutus eſt magnum honorem
qꝛ illa ſtupefactiua remouent caliditatẽ
farmaci ſolutiui: ꝛ econtra farmacũ ſtu-
pefactionem ꝛ frigiditatem nimiã quaꝫ
poſſet inducere ſtupefactiuum ꝛ ſimul re
mouet dolorẽ ꝛ euacuat ꝛ ideo iſta mix-
tio eſt conuenientiſſima ꝛ põt ſic ordina
ri. ℞. hiere. s. que eſt optima. ʒ. vj. diafe.
ʒ. ij. ex ij indi maioris. ʒ. ſ. filonij roſ. ʒ. ß.
vel ſi dolor eſt fortis. ʒ. ſ. miſ. Si dolor ẽt
ſit magnus ꝛ virtus fortis egethee. ʒ. ſ.
vel athanaſie Nicolai vſqꝫ ad. ℈. iiij. ꝛ
hoc bene nota. Electuariũ de baccis lau
ri eſt ſingulariſſimum in reſolutione vẽ-
toſitatis ſiue in colica ventoſa quod de
ſcribit Raſis in littera ꝛ dat a. ʒ. ſ. vſqꝫ
ad. ʒ. ſ. ß. ꝛ eſt multum vſuale. Joã. arcu-
lanus ponit ꝺ dicto electuario in cliſte-
rijs quia virtus ipſius prouenit ad locũ
ꝛ ipſe inuenit proficui iuuamenti qꝛ ma
iorem retinet virtutem. dat etiam Raſis
filonium ro. deſcriptionem illius qui cõ
muniter habetur in vſu: habes ab Aui.
quinto cañ. vbi loquens in perſona filo
nij dicit. Ego ſum filoniũ qui ſeparo in-
ter mortem ꝛ vitam.

¶ Forma enematis.

Hec eſt forma cliſteris quã nõ
intelligunt multi ꝛ quam de
ſcribit Aui. ſ. ꝙ ꝑs ſuperior
ſcilicet canna eius ſit dupla
ad partẽ inferiorem ꝛ mediet
inter has partes mediũ vnum ſicut pa-
ries diuidẽs ꝑtes illas ſicut eſt in duabꝰ
fiſtulis coniunctis ꝛ habeat pars minor
vnũ foramen in ꝑte que eſt prope coniun
ctionem burſe cliſteris: ꝛ aliud in oppo-
ſito directe ſm longitudinẽ ꝙ ſit apud
foramen partis groſſioris ꝑ quã partem
maioreꝫ cui contiguatur maxime burſa
tranſeat aquoſitas enematis impoſita
per vtrem. per inferioreꝫ vero cannam ſi
ue minorem pulſa ab enemate ventoſita
te per vtricis compreſſionem ipſa vento
ſitas egrediatur. ꝛ hoc patet in figura ꝛ
reddẽt dicta cum cauſa litteram Auic.
obſcuram claram ꝛc.



¶ Cura fluxus cerebralis.

Nota primo ꝙ in cura flu-
xuũ talis ſeruabiẗ ordo ꝙ
in particularibus ſpeciebꝰ
fluxus particulares ponen
tur cure qꝛ iſta materia flu-
xuũ eſt mare magnũ ꝛ non põt vna cura
tota euacuari iõ ſicut dictũ eſt ſuccinte ꝛ
ordinate ponenẗ cure ſingulariũ ſpecie-
rum. ꝛ primo fluxus cerebralis qui pro-
uenit vicio cerebri ꝛ ẽ ex eo ꝙ aliqua ma
teria ſalſa acuta vel pungitiua deſcen-
dens a cerebro ꝛ hoc per catarros pluri
mos ſtimulat ꝛ irritat virtutem expulſi
uam ſtomachi ꝛ ita ante digeſtionem cõ
pletam cibi virtus conatur illum expel-
lere vel etiam multi catarri humidi hu-
mectantes ſuperficiem intrinſecam ſto-
machi ratione cuius prouenit quedã lu
bricitas ꝛ ita debilitat contentiuã qua-

re cibus non poteſt in ſtomacho contineri debito tẽpore ſicut ſi manus eſſent inuncte oleo ⁊ lubrice facte non poſſent debite continere. Signa iſtius fluxus ſunt catarri precedentes vel actualiter exiſtẽtes vel etiam qꝛ euenit fluxus iſte tempore pluuioſo vel etiam poſt ſomnum longum ex eo ꝙ in ſomno longo retinentur vel multiplicantur ſiue ingroſſantur vapores multi: ⁊ ita facientes catarrũ ſunt cauſa corruptionis cibi in ſtomacho. ⁊ ideo ſigna ſunt corruptionis cibi etiam mala complexio fri. cerebri. Cura iſtius fluxus eſt in duabus principalibus intentionibus. prima eſt ad membrum cõicans. ſcḋa ad mẽbrum cui communicat.

¶ Prima intentio complerur quattuor intentionibus particularibus ſupra cõmemoratis. prima debitum regimen catarri prohibitiuum. ſecunda catarri digeſtio. tertia hu. diuerſio. quarta euacuatio ⁊ remotio male complexionis. ⁊ hec cura ſufficienter dicta eſt in capitulo de catarro ⁊ cum quibus debet cõpleri qꝛ ſi cal. fri. ⁊ econtra.

¶ Secunda principalis intentio eſt ad membrum recipiens ſcꝫ ſtomachum pro cuius cura recurrendum eſt ad capi. de debilitate ſtomachi. Si enim illa materia catarralis indiget digeſtione digeratur ⁊ euacuetur poſtea reſoluatur ⁊ mala complexio remoueatur: ⁊ hoc cum fomentationibus ſacculis vaporationibꝰ vnctionibus emplaſtris confectionibus ⁊ ſingulariſſima in euacuatiõe eſt hiera ſm Gal. qꝛ non euacuat a longinquis. ſimiliter electuariũ diafenicon ⁊ eſm indum. facere etiam fomentationes cum vino ĩ quo decocte ſunt herbe ſtomachales vt abſy. roſa mẽta ſpica roſmarinus pulegium calamentum gar. cinamomũ galanga maxime quando ventoſitas cõplicatur ⁊ cũ oĩbus iſtis facere vaporationem ſeu fomẽtationem ſimul cũ vino aromatico vel ex pulueribus iſtorum ſimul cũ aliquo oleo appropriato incorporatis facere vnguentum vel ex oleis predictarũ rerũ inungere: vel ex iam dictis facere ſacculũ. Et inungimus cũ oleo maſticino de mẽta de abſyn. de ſpica ⁊c. etiã cerotum pro ſtomacho emẽdãs vitia ſtomachi ⁊ vnguentũ ſtomachale. hec enim oĩa tenentur confecta. etiã confectiones per interius aſſumpte valent vt diagalãga zinziber conditũ aromaticũ roſ. aromaticũ gariofilatũ ⁊ cetere confectiones que ſingulares ſunt ad remouẽdum malam complexionem fri. ſtomachi ⁊c̃.

¶ Cura lienterie.

Fluxus ſtomachus prouenit ex eo ꝙ ſuperfluitates remanẽt in ſtomacho qꝛ eiꝰ digeſtiua eſt diminuta ablata vl̃ corrupta ⁊ ita cibus aliqñ complete aliquãdo diminute digeritur: ⁊ iſte ſuperfluitates aggregantur aliqñ propter difformitatẽ cibi. prouenit ex eo ꝙ vna pars eius eſt digeſta alia vero indigeſta. differunt dicere non totus digeſtus ⁊ totaliter digeſtius. totaliter. n. reſpicit qualitatẽ. totus vero reſpicit quantitatẽ. aliqñ egredit̃ cibus in eadẽ quantitate ⁊ qualitate qua ſumitur hoc dr̃ totalr̃ ablata digeſtio. ſi cibus corruptꝰ dr̃ corrupta digeſtio. ſi diminute digeſtiꝰ dicitur diminuta digeſtio. Prima cauſa lienterie dicitur debilitas contẽtiue ſiue retentiue que non gradat miſſionem cibi ⁊ hoc clare exponit Genti. Scḋa cauſa eſt remanentia ſolutiui in rugoſitatibus ſtomachi que ſtimulat virtutem expulſiuam ⁊ ita ꝙ̃primũ cibus eſt in ſtomacho expellit̃. Tertia cauſa eſt de qua dictũ eſt propter debilitatẽ digeſtiue vel propter materias flegmaticas adherentes parietibus ſtomachi ⁊ ita parietes fiunt lubrici. Quarta cauſa eſt vlcus ſtomachi quare cibus tangens vlcus mordicationẽ cauſat ⁊ ita virtus expulſiua cibũ expellit. Quinta cã eſt ab humiditatibus q̃ profluunt ad ſtomachũ tamẽ hec proprie non eſt ſtomaticha ſed ſm diuerſa membra a quibus ꝓfluit materia. Sexta cã eſt propter ventoſitatem ſubleuantẽ cibum quare prohibet bonã fieri digeſtionem. Alia cauſa eſt ſeptima propter dolorem ſtomachi reſolutis ſpiritibus. Octaua cauſa eſt ex parte ciborum licet hic proprie nõ ſit fluxus ſto

maticħus qꝛ iſte non ſit vitio ſtomachi. Sed pro complemento doctrine adducūtur omnes cauſe vt ſi quis propter nimiam ciborum quātitatem lienteriam incurreret vel etiam ſumere cibaria acetoſa vel corruptibilia vt ceraſa melones ⁊c. ¶De ſignis. iſte fluxus non debet ordinem ſed fit ſm cibi aſſumptionem quia ſi tu ſumis cibum ⁊ non digeratur fit fluxus. Secundum ſignū ꝙ apparent egeſtiões cibales ſi nullo modo ſtomachus agit in eodem colore ⁊ apparebit ſi corrupte ledatur cibus corruptus ſi aliquis ſumat cibum aliquo tempore cito egredietur propter vitium retentiue quia nō poteſt gradare digeſtionem ⁊ expulſionem cibi. Si propter vlcera eſt dolor fortiſſimus cum aſſumptione cibi. etiam cognoſcetur ex eructuatione corrupta ⁊ qꝛ illa materia ſanioſa egreditur Si eſt propter ſolutiuum ſentitur odor medicine ⁊ punctio in ſtomacho ⁊ qꝛ ante non erat fluxus. Si propter nimiam quantitatē cibi ſentitur grauitas. Si ab alijs humoribus proueniat per vomitum ⁊ seceſſum cognoſcemus. Si propter ventoſitatem erit extenſio ⁊ eructuatio ⁊ nō grauitas. ¶Pro cura fluxus ſtomachi Auicen. remittit ſe ad. 13. fen. c. de lubricitate ſtomachi. tamen ſuccinte determinat de eo. Si proueniat a cibo cura variatur ſꝫ varietatē cauſarū qꝛ cibus poteſt eē maioris quātitatis vel minoris ꝙ debeat vel groſſus vel corruptibilis. iſte tñ nō ē fluxus ſtomaticħus ſed ex parte aliorū ſe tenet. Cura ergo eſt ex pte cibi qꝛ ſi eſt corruptus vomitu vel ſeceſſu eſt educendus vt cum caſſia manna vel cum aqua tepida per vomitum. Si vero eſt in inteſtinis cum cliſteri ⁊ ita pro debita cura inueſtiganda eſt cauſa. Si ex nimia quantitate prouenerit paucus exhibeatur. Et ſi eſt nimis groſſus vel ſubtilis fri. vel cali. vel nimis vnctuoſus corrigatur deinde remoueatur mala complexio ſtomachi ſi fuerit derelicta. Si vero prouenerit propter preſentiā nimie humiditatis in ſtomacho contente ſicut plurimum cōtingit: quattuor intentiones ſunt obſeruande. prima eſt debitum regimen. ſecunda hu. digeſtio. tertia euacuatio. quarta ſtomachi confortatio.

¶Primam intentionem .ſ. debiti regiminis docuit Raſis in littera cum iuſſit vt patiens comedat inciſiua calefactiua ſubtiliatiua ſalſa ⁊ acuta. ⁊ de hoc dictū eſt ſupra in .c. debilitatis ſtomachi.

¶Secunda intentio eſt digeſtio humo. flegmatice que fit cū cōuenietibus digeſtiuis flegmatis .ſ. cū melle ro. ſiru. de. duab' radi. de abſyn. ſi non timem' retētionē materie in ſtomacho cum oximelle ſim. etiam cum his que dicta ſunt in .c. de debilitate ſtomachi cum aquis beto. feniculi ⁊ abſyn.

¶Tertia intentio eſt euacuatio in qua laudat Raſis vomitū ⁊ ſolu. ven. de quo vomitu videtur dubium quia Aui. in cura fluxus ſtomachi vituperat ipſum vomitum cum etiam dictus Auicen. 13. tertij. c. de lubricitate ven. etiam laudat ipſum vomitum. Reſpondetur ꝙ ſi materia eſt in fundo magis apta deſcendere tunc non conuenit ſed per partem inferiorem euacuari debet. ⁊ ad iſtum intellectum Aui. vituperat vomitum. Si autem materia fuerit in parte ſuperiori ſtomachi ⁊ corpus diſpoſitum ad vomitū laudatur. etiam vt Raſis ꝙ ſi vomitus non ſit ſufficiens ſoluamus. Et debet cōmemorari caſt. ſepe ſuperius dictus ꝙ ſolutiua a longinquo non attrahant. Et de iſtis ſunt ſicut pillule elefangine maſticine de hiera ſim. dando. ℥. ß. ⁊ ſi corpus eſſet robuſtum ⁊ non poſſet ſoluē per ſolam hieram de qua dicit Auicen. ꝙ cum ſtat ambiguitas de materiebus in ſtomacho nulla eſt conuenientior medicina: addimus tunc diafeniconis. ʒ. ij. ⁊ licet vt alias dictum eſt in diafenicone ingrediantur ſolutiua a remotis trahentia: tamen virtus eius non pertrāſit epar vt dicit Sen. quinto cañ. eo ꝙ dactili inuiſcant huiuſmodi medicinas. conuenit etiam diacitonitem ſolutiuum quod ratione citoniorum nō attrahit a remotis.

¶Quarta intētio ē cōfortatio ſtomachi ⁊ remotio male cōplonis cū his que ꝑ interius ⁊ exteri' adminiſtrant. De exteri' adminiſtratis ſunt inūctōēs facte ex cale.

⁊ humectantibus habentibus virtutem
ſtip. vt cū oleo de ſpica de abſyn. de thi-
mo maſtice menta de citonijs. Itē capi-
mus mentā abſyn. ſquinātum ſpicā ro-
ſas balauſtias cortices granatorum cuꝫ
cinnamomo cipero gaſ. calamo aroma-
tico ⁊ ex iſtis facimus cerota ⁊ vnguen-
ta. Item fomentare ſtomachum ex deco
ctiōe facta in vino nigro ſtip. cū galāga
cipero cinnamomo ⁊ alijs antedictis et
ſtomacho applicare cū ſpongia vel veſi-
ca: etiā ex pulueribus iſtarū rerum face-
re ſacculos. De interius autē applicatis
eſt aromaticū ro. diaciminuꝫ diagalāga
zinziber conditū ⁊ mirabolani chebuli
conditi dando duos in hebdomoda mul
tum valent ante cibum. diacitoniten etiā
de zucharo cum ſpeciebus in cauſa fri. ⁊
ſine ſpeciebus in cauſa cali. etiam miua
citoniorum aromatica confortat virtu-
tem digeſtiuam ⁊ facit ad debitam reten
tionem dando duo coclearia ante ci-
buꝫ. Sirupus etiā de menta ⁊ de abſyn.
ſi eſt a debilitate digeſtiue ⁊ retentiue de
bemus eas confortare per interius ⁊ per
exterius adminiſtrata ſicut ſupradictuꝫ
eſt. Coriandrum etiā conuenit de quo di
cit Auicen. qđ retinet cibuꝫ in ſtomacho
⁊ eſt fortis impreſſionis. Si autem cā ſit
materia calida que faciat fluxum cū ſimi
les ſunt habende intentiones ⁊ quatuor
prima eſt debitum regimen qđ debet eſſe
frigi. ſecunda digeſtio hu. tertia euacua-
tio. quarta confortatio ⁊ remotio male
cōplexionis cal. ⁊ in his procedamus cū
digeſtiuis appropriatis contrarijs cauſe
ſcilꝫ frigide vt euacuare cum mirabola-
nis citrinis in ſubſtantia vel in infuſ. Ul
terius remouemus malam complexionē
cali. ⁊ confortamus cum infrigi. vt cum
ſulep roſ. zucharo roſ. diarodon abba. ⁊
decoc. cōmuni ſiru. ro. de granatis de ci-
tonijs cōfectione triaſandalorū Si vero
proueniat propter vlcera primo oportet
abſtergere ſcđo cōſolidare vt in. c. de pti
ſi dictum eſt. Si proueniat a ventoſitate
⁊ materia ſit fauens digeratur ⁊ euacue
tur: deinde reſoluatur ventoſitas cuꝫ ele
ctuario de baccis lauri ⁊ alijs de qui-
bus dictum eſt in capitulo de colica. Si
vero proueniat a dolore ſtomachi recur-
ratur ad capitulum de cura doloris ſto-
machi: quare ⁊c.

¶ Cura diſſenterie.

In cura diſſenterie quattuor
intentiones ſunt obſeruāde.
prima eſt debitū regimen. ſe-
cunda vertiſ ad cām diſſen-
terie. tertia ad excoriationeꝫ
quarta intentio eſt reſtrictio fluxus.
¶ In prima ergo intentione qr excoria-
tio ſit propter humoreꝫ cali. debet eſſe de
clinans ad fri. Aer ergo eſt ad frigi. alte
randus. In cibo vero oportet aliquos
cañ. obſeruare. Primus cañ. ꝙ cibaria
non ſint valde acuta nec ſalſa nec aceto-
ſa vt allea porri cepe zinziber cinnamo-
mum. acetoſa etiam cum multo aceto.
ſalſa cum multo ſale. dicit Auicen. ꝙ ci-
baria nō debent habere nimiam ſalſedi
nem nec nimiam acetoſitatem volens in
nuere ꝙ ſint aliqualiter acetoſa quia no
cumentum cōmunicatur ſtomacho: ideo
opꝫ ꝙ aliqualiter incitetur appetitus qr
virtus appetitiua eſt proſtrata. Secun-
dus cañ. ꝙ cibaria ſint pauce quantita
tis vt membra ſint auara ⁊ ita retinebūt
humores ⁊ non poterunt fluere. ⁊ licet di
cat Aui. ſtent per duos dies non tamen
eſt hoc tempore ſic faciendum ſed cū ſub
tili dieta debent ſtare. Tertius cañ. ꝙ ci-
baria ſint actualiter frigi. quia frigiduꝫ
facit ad conſtrictionem: ideo vitentur ca
li. cibaria etiā actualiter. Quartus cañ.
eſt ꝙ non ſint illa cibaria diuerſe nature
ſeu ſpeciei: immo dimittatur diuerſitas
cibariorum. Quintus cañ. eſt ꝙ cibaria
ſint facilis digeſtionis ⁊ ſint boni nutri
menti. cauſa clara eſt: ⁊ velocis digeſtio
nis quia ſtomachus eſt debilitatus. etiā
quia non poteſt longo tempore permane
re cibus in ſtomacho. ⁊ propterea Aui-
cen. laudat epar gallinarum teſticulos
gallorum oua ſorbilia que tamen non
ſint dura ſiue nimis aſſata nec nimis mol
lia ſiue elixa qr mollia ven. leniunt dura
vero ſunt difficilis digeſtiōis. Itē aqua
carnis ⁊ cōtuſum carniū. Et de milio far-
re panico rizo qđ aliqualr̄ torrefiat hoc

modo. Habeat tegula ⁊ rizum ſuperpo-
natur qua poſita ſuper ignem rizum cir
cunuoluatur ſuper tegulam. lentes etiã
excorticate laudantur. etiaꝫ lac acetoſuꝫ
quod ſic preparatur. Dimittatur ꝑ no-
ctem in aere ſereno poſtea in mane butro
ſitas extrahatur ⁊ capiatur acetoſitas.
Et ſi volumus ꝙ ſit magis conſtrictiuũ
extinguamus in eo lapides ignitos vel
calibem ignitum ter vel quater. Uinum
autem non conuenit niſi ſit virtus debi-
lis: ⁊ ſi exhibeatur ſit ſtipticum vel ſit be
ne temperatum cum aqua extinctionis
ferri vel calibis. aqua enim ferrata vel ca
libeata reſtringit ⁊ confortat mẽbra na-
turalia etiã retinet fluxum. vel etiam cuꝫ
aqua decoctionis ſeminum coriandrorũ
cõuenit etiã ponere aliquantulum de iu-
lep roſa. vel zucharo roſato vel aqua de
coctionis ſumach vel aqua berberorum
In aliĳs etiã regimen debet eſſe fri. ⁊ ſti-
pticum qꝛ talis excoriatio vt plurimum
a materia cal. prouenit.

¶ Secunda intentio principalis reſpicit
cauſam excoriationis ⁊ ideo dicit Aui.
ſi eſt fluens talis cauſa ſtude in abſciſio-
ne ita ꝙ oportet oẽs cauſas ſeruare. Si
ergo materia eſt colerica ⁊ fluxit primo ⁊
eduxit muſcoſitates poſtea cortices ⁊ ita
ſanguinem videmus ⁊ cum hoc cõtinuat
fluere colera ⁊ ideo nõ precedẽte digeſtio
ne euacuare debemus qꝛ cõtinue fluenti
augeret excoriationem practici ꝙ̃ primũ
vidẽt fluxum excoriatiuũ ſtatim abſcin-
dunt cauſam fluxus non expectando di-
geſtionem: ⁊ ita cito exhibent ſolutiua:
tamen aduertendum eſt ne exhibeantur
ſolutiua que noceant loco vlcerato ſicut
ſcamonea ⁊ omnia ſcamoneata ſicut dia
prunis ſolutiuũ electuarium ro. propter
quod Auicen. ⁊ aliĳ auctores laudãt mi-
rabolanos citrinos propter ſtipticitatẽ
ſed pro remotione eorũ aſperitatis admi
ſcent dragagantum vel vt cõmuniter fa-
ciunt practici admiſcent iulep roſatum:
habet enim virtutem infrigidatiuam ⁊ le
nitiuam. verbigratia ſic ordinando. ℞.
mirabolanorum citrinorũ ſubtiliter pul
uerizatorum. ʒ. ſ. ß. iulep. roſa. vel violati
℥. ſ. cuꝫ aquis buglo. planta. ⁊ ſimilibus
⁊ fiat potio. ponunt etiã aliqui aliquid
de reubarbaro licet nõnulli vituperent:
poſſumus etiam dare dictos mirabola-
nos in infuſ. verbigratia ſic ordinando.
℞. mirabolanorum citrinorum. ℥. ß. con
tundantur ⁊ infundantur in aqua cali-
da quantuꝫ ſufficit deinde bulliant dua
bus vel tribus bullitionibus poſtea for-
tis fiat expreſſio: cui addatur reubar. ele
cti. s. p. ʒ. ſ. vel. ℈. iiĳ. ſirupi roſa. ℥. ſ. miſce
⁊ fiat potio. Solutiuum aliud magiſtri
Galaſĳ aſtarĳ doctoris celeberri. ℞.
corticum mirabolanorum chebulorum.
ʒ. iiĳ. mirabolanorum citrinorũ. ʒ. ĳ. paſſu
larum enucleatarum. ʒ. ſ. ſpice parum in
cidantur vel conterantur minutim ⁊ in-
fundantur in aquis planta. abſyn. bug.
añ. q. ſufficit: ⁊ ponantur ad bulliendum
duodecim bullitionibus vel circa: dein-
de facta infrigidatiõe bene manibus fri-
centur ⁊ fiat ipſoruꝫ debita expreſſio cui
addatur diacatolicõ. ʒ. iiĳ. reubar. ſubti-
liter pulueriʒati. ʒ. ß. miſce ⁊ fiat potio.
Nota ꝙ aliquando practici torrefaciũt
reubarbarum ſuper tegulam calefactam
reuoluendo ipſum vt partes acute reſol-
uantur ⁊ remaneant ſolum partes ſtipti.
ſed iſta torrefactio a principio non eſſet
conueniens: qꝛ adhuc eſt magna quanti
tas materie in corpore. In proceſſu vero
quando maiori indigemus confortatiõe
ꝙ̃ euacuatione qꝛ euacuata iam eſt ma-
teria: tunc talis torrefactio multum con
uenit. Et nota ꝙ licet Auicen. hic multũ
laudet reubarbarum non tamen laudat
ipſum in intentione euacuãdi ſed ſtipti-
cãdi ⁊ reſtringendi: quia addit poſt de
glandibus ⁊ roſis: nec inuenitur aliquis
textus Auice. qui dicat ꝙ ſoluat. habes
tamen ipſuꝫ eſſe ſolutiuũ ab Auer. quin
to colliget ⁊ Meſue. Facta autẽ aliqua
li euacuatione a principio poſtea digeri-
mus materiã facientem fluxum. ⁊ ita ſe-
cunda die practici cõmuniter dant ſiru-
pos videlicet. ℞. ſirup. roſa. ℥. ſ. ſirup. de
endi. ℥. ß. aquarum roſ. plantagi. ⁊ endi.
añ. ℥. ſ. miſce. Iſte eniꝫ ſirupus ingroſſat
digerit infrigidat ⁊ ſtipticat. Nota ta-
men ꝙ iſti ſirupi non debent eſſe a princi
pio nimis ſtiptici: tum quia febris mala
coniungitur: tum etiam quia non inten-
dimus talem materiam retinere. In pro-

ceſſu vero exhibentur iſti ſirupi ſcilicet ſirupus roſa. de citonijs cum aquis aceto ſis roſa. ⁊ plantagi. Facta autez digeſtione materie eradicatiue euacuamus ⁊ relinquimus veſtigium ſtipticitatis dando mirabolanos in ſubſtantia ⁊ reubarbarum: ⁊ tūc bonum eſt torrefacere reubarbarum ſicut ſupradictum eſt. Poſtea vero facta eūone debet epar epithimari cū ſandalis roſis aqua roſa. endiuie ſpodio ⁊ alijs ⁊ hoc ieiuno ſtomacho deinde ſtipticare oportet.

¶ Tertia intentio principalis eſt curatio excoriationis inteſtinorum ⁊ hoc diuerſimode procedendo ſm ꝙ huiuſmodi excoriatio diuerſificatur. Nam aliqua eſt excoriatio cum vlcere aliqua ſine vlcere. Illa autem que eſt cum vlcere cognoſcimus quando egreditur materia ſanioſa: quod etiam aliquando fit a principio: ideo aliquando oportet nos lauare ⁊ aliquando cōglutinare. Si enim videmus a principio egeſtiōes ſanguinolentas debemus lauare inteſtina ne materia figatur in ipſis: ⁊ hoc completur cum cliſteribus lauatiuis que ſic fiunt. ℞. aque or. lib. ſ. vitellos ouorum numero. ij. zuchari rubei. ℥. ſ. hoc effi cliſtere abſtergit materiam illam que figeretur in inteſtinis. ⁊ hoc quia non poterit longam moram trahere in inteſtinis ⁊ etiam quia cliſtere remouet acuitatem humoris excoriantis fit enim vnum aggregatum ratione cuiꝰ non poterit excoriatio induci in inteſtinis. ſingulariſſima enim ſunt cliſteria in hac cura. ⁊ oportet vt a principio iſta adminiſtrentur: quia ſi profundaretur poſtea non euacuaretur. Ego enim fateor me multos curaſſe ſolum cum adminiſtratione horum cliſteriorum. Aliquando autem mucoſitates ſole ſunt euulſe ⁊ non profundata eſt excoriatio immo nec inchoata ⁊ tunc oportet procedere cum cliſteribus glutinatiuis ⁊ viſcoſis quia adherent inteſtinis ⁊ faciunt veſtem ſupra tunicas inteſtinorum: ⁊ ita practici communiter faciunt ordinando tale cliſtere. ℞. albuminis ouorum gummi arabici adipis renuz caprarum vel ſepi aña ʒ. ij. olei roſa. ℥. ſ. ne adeps ita cito congeletur. boliarmeni dragaganti aā. ℥. ſ. cuz aqua ordei ſi querimus cum hoc abſterſionem ⁊ lauare. vel cum brodio pingui ſi volumus conglutinare magis. ℥. x. mi. pro cliſteri. ponere etiam cum iſtis butirum iuuaret. Aliquando tamen materia retinetur propter iſtorum viſcoſitatem. ideo oportet poſt ꝙ modico tempore ſtetit cliſtere hoc conglutinatiuum quod factum fuerat poſt debitam inteſtinorum lotionem iterum adminiſtrare cliſtere lauatiuum. deinde iterum conglutinatiuū vt deficiat excoriatio ⁊ prohibeatur per iſtum modum. ponitur etiam aliquando ſuccus plan. in his cliſteribus qui laudantur ab Auice. Cognito deinde ꝙ ſit abſciſa cauſa quia puta non plus fluit de materia colerica neꝗ mordicatiua ſed ſolus ſanguis vel mucoſitas: tunc conſolidamus ⁊ primo videmus ſi oportet abſtergere ⁊ lauare quod facimus cum cliſteri lauatiuo poſtea facimꝰ cliſtere incarnatiuum faciendo decoctionem ex roſa. balauſtijs corticibus granatorū ſumach ⁊ ſemine coriandri ſemine berberorum ⁊ gallis ex qua decoctione accipiatur lib. ſ. cui addatur boliarmeni ſang. dra. terre ſigillate thuris aā. ʒ. ſ. vel tro. de terra ſigillata. ʒ. ij. addendo vitellos ouoruz numero duos vt adhereat inteſtinis. ⁊ hec omnia fiunt vbi ſit excoriatio ſola ⁊ pura. Si vero ſit excoriatio cum vlcere in cura ſunt due intentiones obſeruande. prima eſt abſterſio ⁊ mundificatio. ſecunda eſt conſolidatio.

¶ In prima intentione cum videmus ꝙ egreditur pus vel ſanies ab vlcere procedimus in cura faciendo cliſtere abſterſiuum ⁊ mundificatiuuz ex aqua decoctionis furfurum frumenti vel ex aqua mellis vel ex brodio cicerum ru. vel ex aqua lactis caprini vel ex vrina vel ex lixiuio quia fortius eſt. aliquando etiam ex vino rubeo quia abſtergit ⁊ cōfortat et cuz iſtis poſſumus miſcere mellis roſa. ℥. ij. Si autem hec non ſufficiunt accipimus aquā decoctionis piſciū ſalitorū ⁊ aquā oliuarum ſalitarū. Si iſta non ſufficiūt

venimus ad fortia.ſ.accipiendo tro.de arſenico ⁊ ita cum iſtis abſtergimus ⁊ mūdificamus locum vlceratum.⁊ ſemper tibi maior ſit cura ad abſtergendū ⁊ mundificādum ꝙ̄ ad conſolidandū:qꝛ ⁊ ſi nō adminiſtras conſolidātia dummodo bene abſtergas ⁊ mundifices natura ex ſe poſtea incarnabit.

¶ Secunda intentio eſt cōſolidatio qua facta optima mundificatione ⁊ non fluēte amplius tali materia poſſumus ponere eā in actu practico adminiſtrādo cliſteria cōſolidatiua ⁊ cōglutinatiua cū rebus ſtipticis vt cū decoctione lentiū roſ. balauſtiarū imponēdo boliarme. de terra ſigillata ⁊ de alijs de quib' dictum ē ſupra tamen nunꝙ̄ recedas ab abſterſione ⁊ mundificatione:quia vt dictum eſt natura de ſe incarnabit.

¶ Quarta ⁊ vltima intētio principalis eſt reſtrictio fluxus.aliquādo.n. propter ſuperfluum fluxum timeē caſus virtutis ⁊ ideo oportet iſtum fluxum retinere. et etiam quia aliquādo non fit ex materia mala:quia iam euacuata eſt ſed fit eo ꝙ vie ſunt laxe ⁊ debilitate. retinemus aūt fluxum cum bis que per interius ⁊ ꝑ exterius adminiſtrantur. Per interi' conuenit ſiru.roſ.mirtin' de citonijs de granatis ⁊ bis ſimiles.conueniunt etiā tro. de ſpodio cum ſemine acetoſe dando.ʒ.ſ. ante cibum.etiam confectiones vt zucharum roſ.imponendo corallos rubeos vel ſpodium vel accipiendo codognatam ſine ſpeciebus vel de ſirupo de citonijs. ſi vero bec non ſufficiant ad narcotica deueniendum eſt.ipſa.n. dolorē remittunt inducunt ſomnum immobilitant bumores:ſed bene conſideranda eſt virtus in adminiſtratione iſtorum narcoticorum. non.n.dentur illi cuius virtus eſt debilis.extingueret.n.illum paucū calorem. ⁊ buiuſmodi Quandoꝙ̄ adminiſtratur per ſuperius quandoꝙ̄ per inferius Per inferius aūt eſt ſuppoſitorium de litio deſcriptum in littera a Raſi. ⁊ tenetur confectum in apothecis. ⁊ debemus ſemper appendere cū filo vt poſſimus ad placitum remouere. ⁊ dicit Aui. nos teſtificamur ⁊c. Per ſuperius conuenit athanaſia dando a.ʒ.j.vſꝙ̄ ad.ʒ.iiij. ⁊ aliquando ponimus in cliſteri diſſoluendo eam in ipſo per exterius.cōueniunt inunctiones facte ex oleo citoniorum maſticino ⁊ mirtino aſpergendo ſupra de puluere corallorū roſ.maſticis boliar.ſan.dra.ſingulariſſimū eſt emplaſtrum diafinicō deſcriptum a Meſ.ſꝫ deſcribit duo. vnum in intentione cal.aliud in intentione fri. ⁊ iſtud teneē confectum ⁊ capiē pannus groſſus ⁊ ponitur ſupra ventrem ⁊ iterato renouamus. Aliqui faciunt ſuffumigia cum vino ru.ſtiptico ſupra ferrū ignitum fumuꝫ recipiendo:vel igniunt ſcoriam ferri ⁊ ſimiliter faciunt:vel vt communiter fit ponere manus ⁊ pedes in decoctione ſtiptica talis enim virtus ſtiptica communicaē ſtomacho ⁊ inteſtinis ſi autem fuerit ſolus fluxus inteſtinalis lubricatiuus cura eſt eadem cum cura ſtomachi et nō eſt diuerſitas niſi in boc ꝙ in fluxu ſtomachi medicine magis ꝑ ſuperius adminiſtrantur.ſed in fluxu inteſtinali ſine excoriatione ⁊ debilitate digeſtiue magis per inferius vt per cliſteria procedimus.et ſi eſt materia ſſatica euacuatio vt ſupra in cura fluxus ſtomachi.quare ⁊c.

¶ Cura fluxus ſplenetici.

SI fluxus proueniat propter debilitatem virtutis attractiue ſplenis vel propter opilationem curetur ſicut dictum eſt in capitulo de dolore ſplenis:⁊ ibi ampla ē cura ad ſolutionē.multū vꝫ.oleū caparoꝝ de lilio de geneſtra agreſtri ⁊ alie res appropꝛate ſpleni.aqua ſcolopen.multum appropiatur ſpleni etiam thamaſci.euacuatio fit cum mirabolanis indis vide ibi quare ⁊c.

¶ Cura fluxus inteſtinalis qui dicitē tenaſmon.

Enaſmon eſt appetitus vehe
mēs egerēdi abſq; egeſtione
t notabili reſpcū illius appe
titus quē hʒ. No. ꝙ cū diſſen
teria q̄ſi ſemꝑ complicat te-
naſmon ex eo ꝙ loc⁹ excoꝛiatus ſtimula
tur ad egerendum. lʒ non ſit materia vel
pauca egerēda. ⁊ etiam qꝛ multotiens
materia virulenta egredit a tali vlcere et
figit in extremitate inteſtini recti ⁊ cau-
ſat talem appetituʒ ⁊ h̄ no. Si cauſa iſti
us fluxus fuerit colerica vel flegmatica
ſalſa curat cū cliſterib⁹ lauatiuis vt cum
aqua oꝛdei zucharo ⁊ duob⁹ vitellis ouo
rū in cali. in fri. cū melle. ro. aqua lactis
bꝛodio ciceruʒ ⁊c. Si cā fuerit apoſtema
dēmus curare ſm modū apatis .ſ. cū cli-
ſterib⁹ mollificantibus. Vel etiā ſi cā ſit
fex ſicca curet cū mollificātib⁹ ꝑ ſupius
⁊ ꝑ inferius. vt ſupꝛa dictum eſt in cura
colerice. vulgares accipiunt tabulā par-
uam lignifoꝛtis vt puta nucis ⁊ calefaci
unt/⁊ cum illa actuali caliditate appo-
nūt ano ⁊ aliquādo inungūt ipſum ſe-
po hircino: qꝛ per calefactionē illam ſi ē
ꝑpter fri. vel ventoſitatē remouetur. Si
vero ſit ventoſitas pꝛactici faciunt ſaccu
los ex camomilla vel ex floꝛib⁹ taſſi bar
baſſi. mirabilē. n. habet pꝛopꝛietatem in
tenaſmone vel faciunt iſta bullire cum vi
no ⁊ expꝛimunt ⁊ poſtea cum actuali ca
li. ponūt ſupꝛa ventrē. Quando aūt ſuꝑ
fluit fluxus ⁊ timemus defectionem vir-
tutis debemus ipſum reſtringere ⁊ vti-
mur emplaſtro diafeniconis qđ deſcri-
bit Meſue ſicut ſupꝛadictum eſt. Sup-
poſitioꝛiū etiam de litio multum cōfert.
hoc tamē eſt in intentione ſtupefactiōis
⁊ deſcribit a Raſi ⁊ ſicut ſupꝛa dictū eſt
adminiſtratur cū filo appenſo poſſimus
ad placitū remouere: ne ꝑpter nimiā mo
ram eius ſomnus nimis pꝛofundaretur
⁊ ſic eſſet periculum de moꝛte infirmi. et
ideo hoc ſit vltimum remedium. Per ſu
perius adminiſtrantur tro. de opio cōfe-
ctio de ſtoꝛace vt dictū eſt ſupꝛa. vſualis
eſt athanaſia Nicolai. a. ʒ. j. vſq; ad. ℈.
iiij. Si aūt ꝑueniat a repl'one: tūc eſt bo
nus et non dʒ reſtringi. Si a debilitate
contentiue eſt tūc confoꝛtanda cum pul-
veribus ſupꝛaſcriptis. Si vero a liquefa
ctione tunc debet illa caliditas remoue-
ri quare ⁊c

❡ Cura fluxus epatici.

Cura fluxus epatici diuerſifi
catur ſm diuerſitatem cau-
ſarū: ⁊ ideo opoꝛtet bene con
ſiderare cām illi⁹: ⁊ qꝛ talis
fluxus epaticus dependet ex
ſpecialibus cauſis epatis ideo auctoꝛes
bꝛeuiter tractant. ⁊ iſta cā aſſignatur a
Nicolo alia cā a Cōciliatoꝛe differētia
22. aſſignatur qꝛ ipſi paruʒ vel nihil ſpe
rant de cura: ⁊ ibi allegat Gal. quinto
de interioꝛibus qui dicit ꝙ multi moꝛtui
ſunt propter defectū curatiuū: ⁊ ꝙ aliq̄n
materia pꝛofluit ad inteſtina ⁊ vlcerat ⁊
ipſi habebāt oculum ad ſolā vlceratio-
nem ⁊ non attendebant ad epar ⁊ retine
bant materias. opʒ ergo cōſiderare cām
⁊ abſcindere ꝑpterea dicit Aui. opoꝛtet
ergo vt redeas ⁊ cures apa ⁊ oppilatio
nes ⁊ alias cās. cū. n. feceris hoc iam cu
raſti. Pꝛima ergo ſpēs fluxus epaptici
eſt chiloſus fluxus qui pōt ꝑuenire ex de
bilitate attractiue a fri. eā vel ꝑpter op-
pilationem epatis. ⁊ in cura iſtius tres
intentiones ſunt obſeruāde pꝛima eſt di
geſtio. ſecunda euacuatio. tertia remotio
male cōplexionis ⁊ epatis confoꝛtatio.
❡ Pꝛo pꝛima intentione ꝯueniunt ſiru.
de duabus radi. de quinq; radi. cū aquis
appꝛopꝛiatis vt feni. abſyn. cuſcute apij
pꝛaſſij que oēs ſunt aperitiue ⁊ ēt digera
mus humoꝛem flegmaticū. optimus eſt
ſiru. de cicoꝛea: qui a Nicolo deſcribit p
d iuitibus. in cā aūt cali. poſſumus refrā
gere dictos ſiru. cū ſiru. de endi. cum ſi
ru. roſ. cum aquis endiuie cicoꝛee ⁊ alijs
❡ Secūda intētio eſt eūatio in qua opoꝛ
tet cauere ne euacuemus cum rebus no
centibus epati. ideo vti debem⁹ reubar.
in infuſione. Item cuʒ agarico qui vʒ ad
oppillationes ſaltem cum reubarbaro
fiat.
❡ Tertia intentio eſt remotio male com-
plexionis epatis que completur. cum
troci. confectionibus ⁊ electaurijs vt cuʒ

tro. de lacca cum tro. de reubar. electuarium etiam diacalamentũ conuenit dando ad. ʒ. j. vſqʒ ad. ʒ. ij. cõuenit etiam diacurcuma dialacca ⁊ noli ſemper procedere cum vno remedio iuxta ſententiam Aui. quarta primi capi. primo. In cronicis egritudinibus ⁊c̃. ſed in vña hebdomoda cũ. ʒ. j. vl̃. . ß. vel. ij. ð dialacca alia cum ſirupis alia cum tro. ⁊ caue ne conſtringas fluxum ſaltẽ a principio: ⁊ hec eſt cura fluxus chiloſi. Nota etiam ꝙ dicit Aui. Multotiens linit inſipiẽs epar in hac aſcellatione cũ inſpiſſantib' ſanguinẽ ⁊ extinguentibus epar per hoc ꝙ ſunt frigi. ⁊ in hoc eſt mors. Si vero fuerit cauſa debilitas epatis recurre ad curam debilitatis epatis. oportet enim vt vigoretur epar maxime in fluxu lotiuo. ⁊ caue ne perducas epar ad augmentũ cauſe: ideo oportet cõſiderare cam: quia ſi debilitas epatis ſit a cã frig. cum cali. procedimus ⁊ econtra. quia ergo vt ſolũ eſt frigiditas: ideo procedimus cum cal. ⁊ laudat Aui. piſtachia. i. fiſticos. Roſa anglica cauat ⁊ ponit vnũ electuarium quod ipſe appellat de cucube qð eſt ſingulariſſimum cuius laudes ab eo vide ⁊ cum eo poſſumus adminiſtrare aliquid de reubar. Inter alia autem q̃ epati conferunt eſt epar adipſiue lupi dãdo in mane coclearium vnum. optime etiam ſunt paſſule multum enim commendãtur ab Aui. vt in capitulo de rebus conuenientibus epati. ⁊ in capitulo de cura male complexionis cali. ⁊ frigi. epatis. ⁊ in capitulo de debilitate epatis. ⁊ in capi. preſenti dicit. Et iaʒ laudate ſunt paſſe pingues in hoc capitulo ita vt quidam eſtimauerunt ꝙ ipſe ſanant fluxum lotiuũ difficilem: ⁊ nos quidem iam experti ſumus illud ⁊ debẽt paſſe in frigi. eſſe dulces ⁊ pingues. in cal. vero acetoſe. comẽdatur etiam ſpodium ſm̃ commune dictũ. gaudet epar ſpodio. ⁊ ſi vis ſtipticare da paſſas cum armillis ⁊ granis ad intra contentis. ⁊ ſi nõ vis ſtipticare da ſine illis ⁊ dentur coclearia duo ante cibum accipiãtur etiam paſſe bene piſtate ⁊ cribellate cum ſedacio deinde conficiã tur cuʒ zucharo ⁊ ſi vis potes ponere de ſpodio vel de alijs epati appropriatis ⁊ fac confectionem vel electuarium: valet enim multũ propter hoc ꝙ penetrat melius ad epar ⁊ hoc. no. ſingulariſſimum etiam eſt electuarium hoc quod ſic a me deſcribitur. ℞. diacurcume paſſularum añ. ℥. j. reubarba. epatis adip. añ. ʒ. j. ⁊ ſi vis contemperare cal. addas ſpodij. ʒ. ß. cum ſiru. de biſan. ⁊ fiat electuariũ. vʒ ẽt epatica herba que naſcitur in puteis ⁊ locis aquoſis. optimum etiã eſt reubar. nam bonũ eſt exhibere in qualibet hebdomoda. ʒ. j. ⁊ Siringellus dabat omni die. ℈. j. de quo loquitur Nicolus dẽ mente Gerardi. abſynthium ſimiliter optimum eſt vt ex adminiſtratione eius in cibo ⁊ potu multũ rectificatur epar. ſingulariſſimum eſt etiam electuarium de vino deſcriptum ab Auicẽ. ſupra de mente Sal. ⁊ cũ iſto illuſtriſſim' dux Barri qui paſſus eſt hunc fluxum per dimidiũ annum curatus fuit ⁊ maxime valet in cauſa frig. in cauſa vero cali. admiſcem' cum eo ſpodium ſpecies diarodon abbatis tro. de ſpodio ſpecies triaſandalorũ ⁊ ſimilia. etiã ſiru. de abſynthio in cauſa frigida. multum valet. ſirupus vero de cicorea Nicoli vel Gulielmi placentini in cã cali. eſt bonus vbi ſit fluxus aquoſus. ſimiliter valent predicta ⁊ ſtat intentio confortandi cum cali. Si vero ſit fluxus colericus detur ſirup. de endiuia de biſantijs cum aqua endiuie cicoree tro. de ſpodio cũ ſemine aceto. diarodon ab. vel deſcriptione communi ⁊ triaſandali Si fuerit ſanguineus dimittatur. vbi ſit fluxus virulentus remittatur cali. ep̃is cum fri. immediate dictis ⁊ epithimatibus vbi ſit diuerſorum colorum vigora omnes virtutes epatis cũ his que dicta ſunt in capitulo debilitatis epatis cum cinamomo ⁊c̃. Si cauſa ſit frigi. cũ melle roſa. vbi autem ſit ſanioſus abſtergere cũ aq̃ lactis cũ aqua ordei cũ zucharo cum aqua cicerum ru. ⁊ alijs de quibus dictum eſt ſupra poſtea conſolida cum rebus ſupradictis ⁊c̃.

¶ De cura fluxus cibalis.

IN cura fluxus cibalis tres intentiones ſunt obſeruāde prima eſt abſciſio cauſe.ſecūda eſt mūdificatio inteſtinorum ꝛ ſtomachi.tertia eſt remotio male complexionis ꝛ ſtomachi cōfortatio.

¶ In prima intētione procedim⁹ a principio abſcindere cauſam. Si cauſa ſit nimia quantitas cibi ſumant paucaꝫ quātitateꝫ. Si vero cauſa ſit ciborum corruptibilitas quia ſcilicet comederit cibos malos ꝛ facile putreſcibiles illos dimittat ꝛ bonos capiat. Si vero cā ſit oleaginea ꝛ vnctuoſa ſumat ſtiptica.

¶ Secunda intentio eſt mūdificatio ſtomachi ꝛ inteſtinorum. Si enim illud qđ corruptum eſt in inteſtiuis cōtinetur leniemus ventrem cū cliſteribus lenitiuis vt cū lib.ſ.decoctionis communis cum. ℥.ſ.caſſie ꝛ.℥.ß.pulueris zuchari. Si vera materia in ſtomacho contineatꝛ dabimus caſſie electe.℥.ſ. vel.ʒ.x.vel manne electe.℥.ij.vel pillularuꝫ elefanginarū. ℈.iiij.vel biere ſm.Gal.℥.ſ.

¶ Tertia intētio eſt remotio male impreſſionis facte a corruptione ciborum ꝛ cōfortatio ſtomachi vt verbigratia. Si qs comederit cucumeres cum aceto ꝛ agreſta preparatos ex quorū comeſtione impreſſa fuerit mala complexio fri.illā eſſ remouebimus cū inunctione olei de abſynthio de ſpica cū vnguento ſtomacho etiam fomentando cum abſyn. galanga ſquinanto ꝛ capiēdo alias res ſtipticas ꝛ bulliendo cū vino rubeo ſtiptico ꝛ euaporare cū ſpōgea poſtea dare ſirupos ō menta de abſynthio aromaticū roſ.diagalanga diacīminū ꝛ alia confortatiua ſtomachum que ſupra ſepius numerata ſunt.ibi ergo recurras ſi iſtorum copiam vis ſm diuerſa ingenia ꝛc.

¶ De cura fluxus ex diſpoſitione aeris.

SImiliter in iſta cura tres intentiones obſeruantur. prima eſt abſciſio cauſe.ſcđa eſt euacuatio. tertia cōfortatio membrorum laxorum.

¶ In prima intentione q̄ eſt abſciſio cāe ſi proueniat fluxus ex forti fri. aeris opꝫ ponere infirmum in loco cal. ꝛc̄. de alijs rebus non naturalibus ſemper contrariando cauſe vt etiam ſi ex cali. vel bu. fiat contrarium.

¶ Secunda intentio eſt euacuatio ſi aliquid de materia in ſtomacho cōtinetur que iam ſit fluxa oportet ipſam euacuare:ꝛ de hoc dictum ē ſupra puta de his que conueniunt ad hanc intentionem ſicut eſt biera ſm.Gal.

¶ Tertia intētio eſt membrorū que ſunt laxa confortatio vt cōfortare cū ſtip. ſm diuerſitatem male complexionis videlicet cum vnctionibus vt cum oleo de abſynthio de menta de maſtice ꝛ cum confectionibus ſicut in fluxu cibali dictum eſt:quare ꝛc.

EX dictis Raſis ꝛ Auicena cura difficultatis vrine reducitur ad duas generales intentiones ſeruato tñ pri⁹ debito regimine ſm varietatem cauſe. Prima intētio eſt abſciſio cāe diuerſitatis.ſecūda ē prouocatio vrine.

¶ Prima intentio ſic cōplebitur qꝛ primo ꝯriabimus cām ꝛ in eius abciſione ſtudebim⁹ vt ſi fuerit mala cōplexio fri. veſice tūc oportebit eā calefacere ꝛ ſic regimē ꝑmo erit calefactiuū.et facere cliſteria calefacientia ꝛ inunctiones calefaciētes ſicut poſtea dicetur. ſi ab oppillatione colli veſice oꝫ cauſam cōſiderare. Si enim fuerit apoſtema curabimus ipſum apoſtema cura apoſtematū ſicut dicetꝛ. Si cauſa fuerit materia lapidea hec dicetur in cura lapidis quia oportet comminuere lapidem ꝛ frangere ponit tamē in hoc caſu vnum remedium Raſis ꝙ ſi non poſſumus cōminuere tūc debemus facere vt infirmus ſupinus iaceat ꝛ eum conquaſſare ꝛ diuerſis modis pedes infirmi lauare in altum donec lapis a via vrine remoueatur. Si autem lapis ſit in collo veſice ꝛ nullo modo poſſit remoueri ; tunc debemus facere vt infir

mus capiat ſtringam auream vel ar⸗
genteam ⁊ intromittat in veſicam ad ex
pellendum lapidem. vel accipiat cande⸗
lam cereãm oleo intinctaꝫ vt melius per
viam flectatur ⁊ faciat ſimiliter vt ſupra
⁊ hoc eſt ſingulare remediũ. Si vero cau
ſa fuerit oppilatio facta a materia ſanio
ſa vel flegmatica vel ſanguinis coagula
tione tunc ſtat intentio in ſubtiliando ta
lem materiam: ⁊ in hoc conueniunt ſiru
pi aperitiui ⁊ ſubtiliatiui ſicut eſt ſiru⸗
pus de duabus radicibus ⁊ de quinqꝫ
radicibus de eupatorio cum aquis ap⸗
propriatis vt feniculi apij. etiam confe⸗
ctiones valent vt diacurcuma dialacca
iuſtiñ. ⁊ etiam tiriaca mitridatum cum
modico vini. Si vero cauſa eſt ex parte
renum remoueatur mala diſpoſitio renũ
Si propter apoſtema curetur cura apo⸗
ſtematis diuerſificando remedia ſm ip⸗
ſorum diuerſitatem. Si vero cauſa ſit ex
parte epatis cureť mala diſpoſitio epis.
¶ Secunda intentio vertitur ad eductio
nem vrine; nam dato ꝙ cauſa ſit abſciſa
oportet tamen vrinam prouocare primo
incipiendo a leuioribus vt leuiter com⸗
primendo veſicam: ⁊ ſi hoc non ſufficit
fiat ſuppoſitorium cum ſale thabarzei
vel ſalgemma in ano. ⁊ hoc quia lacerti
animalium communicant cum lacertis
colli veſice. capiatur etiam pediculus et
ponatur in extremitate virge: motu eniꝫ
ſuo irritabit virtutem expulſiuam. etiam
fruſtum cepi ⁊ allei irritant enim valde.
fiat etiam leuis fricatio cuꝫ vngue in col
lo veſice prope anum. ſed ſi hec non ſuffi
ciant tandem deuenire oportet ad diure
tica. Et horum quedam adminiſtrantur
per ſuperius quedã ꝑ inferius. Per infe
rius vero quedã ab intra ꝗdã ab extra.
Ab extra vt iunctio pectinis cũ oleo ſcor
pionum cum oleo de lilio. calefaciunt
enim ⁊ diſſoluunt ⁊ relaxant. etiam fo⸗
mentatiões facte ex paritaria ſola quia
talem virtutem habet. vel ponere ſena⸗
tionis id eſt creſonis cum dictis oleis fri
xando in ſartagine deinde per ſe vel ad
intra petiam pectini apponere. calefacia
mus etiam tegulam vel ferream laminã
⁊ ſpargamus ſupra vinum calefactum
ſuperponendo herbas humidas ⁊ pona

mus ſupra femur zirbus etiaꝫ adipinus
cum ſua actuali caliditate poſitus ſupra
ventrem multum valet. Nicolus floren⸗
tinus recitat ſe habuiſſe a fidedigno. fit
etiam fomentatio ex rebus magis cali⸗
dis videlicet cum abrotano calamento
mentaſtro ſauina fomentando cum ſpon
gia. Sed ſi iſta non ſufficiant oportet de
uenire ad balneum faciendo decoctioneꝫ
ex rebus ſupradictis ⁊ poneudo egrum
ad ſedendum addẽdo etiam de prouoca
tiuis vrine. Ad intra vero per interius cõ
ueniunt cliſteria ⁊ inunctiones impoſi⸗
tiones per ſiringam. facimus enim cliſte
ria ex decoctione ex qua facimus fomen
tationem vt accipiendo hierampigram
vel benedictam ſimplicem caſſiam pul⸗
uerem zuchari cum oleo ſcorpiouum vel
de lilio ⁊ facimus enema vel per ꝑ ſirin⸗
gam oleum ſcorpionum vel de lilio diſtil
lando: vel etiam oleum de ruta vel de ſpi
ca. Per ſuperius vero conueniũt vt ſiru
pus de duabus radicibus vel de quinqꝫ
radicibus: etiam de eupatorio cuꝫ aquis
feniculi ſparagi. decoctio etiam quinqꝫ
radicum ſcilicet feniculi bruſchi ſparagi
apij petroſilij ⁊c. decoctio etiam ſenatio
num: vt dicit Nico. multum vꝫ. ⁊ etiã de
ipſis decoctis comedere de quo ipſe hi⸗
ſtoriam recitat quam tu vide. deeoctio
etiam iuniperi ſingulariſſime laudatur
que tantum prouocat quod facit ſangui
nem mingere ſm Dioſcoridem decoctio
etiam ſauine vꝫ ſuper omnia. etiam Ni⸗
co. ſingulariſſime commendat corticem
oui a quo pullus eſt egreſſus exhibendo
ʒ. j. corticis bene depurate a pellicula ſua
Et ego dedi domine Marie de taconibꝰ
⁊ emiſit. xij. vitrea vrina plena. eſt enim
hoc ſingulariſſimum remediũ. etiam ru⸗
bea tinctorũ vꝫ. ſimiliter cantarides am
motis capitibus ⁊ alijs ſed ſunt timoro
ſe: participant enim venenoſitate de qui
bus quidam ſcholaris illudens accepit
⁊ mortuus eſt. Gerardus multuꝫ laudat
hmõi cantarides ⁊ cõponit hoc modo re
ceptam in qua ingrediuntur. ℞. ſpice. ʒ.
ß. cantaridarum. ℈. iiij. cõterantur ⁊ de⸗
coquantur cum decoctione apij vel feni⸗
culi vel cum aqua cicerum ru. aqua etiã
raſani multum ab Auic. laudať. De cõ⸗

poſitis ſunt cõfectiones vt dialacca dia
curcuma iuſtinianũ. confectio de cineri-
bus ſcorpionum dando vſq₃ ad.ʒ.j.ß.cu₃
aquis appropriatis. iſta enim ſunt vſua
lia. Si proueniat a coagulatiõe ſangui-
nis v₃ exbibendo in forma ſirupi oximel
s. oximel compoſitũ oximel ſquilliticum
q̃ð eſt fortius vel coagulum leporis ⁊c.

❡ Cura lapidis renum.

Cura lapidis diſtinguit̃ ſm̃ di
uerſitatem loci. Alia enim eſt
cura lapidis renum alia veſi-
ce. Primo igitur dicetur cura
lapidis renum que duplici indiget regi-
mine. ſ. preſeruatiuo ⁊ curatiuo. Preſer-
uatiuum regimen debet̃ corporibus que
ſunt parata cadere in hãc egritudinem.
Curatiuũ vero debetur corporibꝰ actua-
liter egrotãtibus. Regimen preſeruatiuũ
conſiſtit in quattuor fundamentis. Pri-
mum eſt probibitio multiplicationis hu
moris flegmatici. ⁊ hoc q̃r materia fleg-
matica eſt cauſa lapidis ſeu materia ip-
ſius. Secundum vero eſt ꝙ ſi generetur
talis materia diuertamus ne fluat ad re
nes: ſed verſus inteſtina. Tertium eſt ꝙ
ſi aliquid ad renes trãſierit ꝓbibere ne
in renibus figatur ⁊ retineatur ne poſſit
lapideari. Quartum eſt remouere ſeu re-
mittere cali. renũ. que eſt cauſa effectiua
lapidis.

❡ Quantum ad primum fundamentum
oportet ꝙ infirmus in regimine cibi tali
ter ſe regat vt vitet omnia cibaria groſſe
ſubſtantie fri. ⁊ viſcoſa. vnde vitet̃ caſeus
maxime recens ⁊ lacticinea omnia ⁊ ci-
baria de paſta azima ꝑtes pingues ani-
malium ⁊ extremitates ipſorum ⁊ inteſti
na. carnes etiam auiũ aquaticarum: ni-
mia etiã comeſtio ⁊ abundans ſed dimit
tat comeſtionem cum reliquijs famis et
comedat cibaria optimum ſanguine₃ ge
nerantia.

❡ Quãtum ad ſecundum fundamentum
ſi multiplicetur materia flegmatica de-
bemus eam diuertere ad vias inteſtinoꝝ
⁊ in hoc caſu iubent practici alternis die
bus vel bis in hebdomoda fieri cliſteria
lenitiua vt natura aſſueſcat has mate-
rias ad inteſtina tranſmittere. etiã ſemel
in hebdomoda eſt bonum ſumere bolum
caſſie: v₃. ℥. j. Quidã habent pro ſingula
ri remedio caſſ. fiſtulatum quod vocatur
diacaſſia. accipiunt eni₃ caſſiã cũ zucha.
⁊ cum decoctione liquiritie ⁊ ſeminis al
chechengi exbibẽdo ſemel vel bis in heb
domoda. tenet enim ven. lubricum. Qui
dã etiam habent pro ſingulari remedio
terbentinã dando ab. ℥. ß. vſq₃ ad. ℥. j. qui
dã eni₃ ſoluuntur a tali doſi ⁊ quidã nõ.
Iuuamentum autem eius eſt maximum
lenit enim ven. mundificat renes ⁊ veſicã
eſt quidem ſingulariſſimum ⁊ expertum
remedium. capit̃ enim nebula ⁊ infundi-
tur in vino deinde in illa inuoluitur ter-
bentina ⁊ ſic ſumitur quia eſt res viſcoſa
vel accipitur cum brodio galline: in illo
enim liquefiat ⁊ ſumatur. Quidã vtunt̃
pillulis quibuſda₃ vt ſunt pillule elefan
gine dando pillulam vnam ſingula die
vel alternis diebus: ⁊ ita natura aſſuefit
tranſmittere materias illas ad inteſtina
⁊ hec ſunt quibus practici cõiter vtunt̃.

❡ Tertium fundamentum eſt vt ſi contin
gat ꝙ aliquid de materia flegmatica ad
renes trãſmittatur debemus probibere
ne in lapidem conuertatur: debemus er-
go dictã materiam a renibus expellere:
⁊ in hoc conueniunt diuretica vt brodiũ
cicerorum rubeorum vt ſi hodie damus
lenitiuum die ſequenti exbibeamus bro
dium cicerorũ ru. v₃. ℥. vj. vel. vij. vel. viij.
multum enim abſtergit renes ⁊ veſicam.
Aliqui addunt de radice liquiritie q̃r mi
rabiliter mundificat renes ⁊ veſicam vt
dicit Auic. in capitulo de oppilatione re
num: ⁊ ſi ponitur de zucharo magis con
uenit. ius etiã galli decrepiti. ius etiam
carnium cum zucharo multum v₃. etiam
aqua lactis caprini exbibendo. ℥. vj. poſt
lenitionem. eſt enim multum abſterſiua.
etiam decoctio paritarie multu₃ facit in
ꝓuocatione vrine ⁊ ſuccus eius vel aqua
decoctionis ſiue ſublimationis eius.

❡ Quartum fundamentu₃ eſt remouere
vel remittere calorem renum vt non fiat
induratio materie vel exiccatio practici
ergo communiter ſingulo die faciunt in
unctiones renum cum oleo violato cum
oleo cucurbitino ⁊ nenufarino. Vnguen

aũt ⁊ ſi ſint fri. vt vnguentũ ſandalinum
vnguentũ galeni ⁊ vnguentũ comitiſſe.
practici tamẽ cõmuniter vitant qr vltra
fri. habent virtutẽ ſtipticam etiam illa
claudendo faciunt ad materie retentionẽ
¶ Regimen curatiuũ debetur corporibꝰ
actualiter habẽtibus dolorẽ. nam lapis
per poros vritides tranſit ⁊ extẽdit ⁊ do
lorem cauſat deſcẽdendo. oportet ergo vt
adminiſtremus ea que vrinam prouocãt
⁊ lapides expellunt atqꝫ frangunt ⁊ que
ſunt aperitiua venarũ qr facilius lapis
deſcendit. Aui. oĩa hec notat. Sz eſt cañ.
aduertẽdus ꝙ cũ illa que adminiſtrant̃
ad frangendũ lapidẽ ſint vt plm̃ cal. ⁊ in
ſtomacho inuenientia materias liquefa
ciendo illas. faciunt ad renes ꝑcipitare.
debemus ergo ante horũ adminiſtratio-
nem exhibere boluz vnũ caſſie cum oleo
amigdalaruz dul. vt vie lubrificent̃: ⁊ po
ſtea exhibere ea que frangũt lapidẽ. Ho-
rũ aũt que frangunt lapidem quedam
ſunt que a proprietate frangũt ipſuz que
dam vero que a manifeſta qualitate. In
ter ea aũt que valent a manifeſta qualita
te eſt pulegium: habet enim virtutẽ diure
ticam ⁊ aperitiuam ⁊ diſſoluit lapidem.
eſt etiam calamentum origanuz milium
ſolis ſaxifragia etiã multũ vz. radix etiã
graminis: ⁊ quidã habẽt ꝓ magno ſecre
to facere decoctionẽ ex radice graminis.
etiã amig. amare maſticent̃ ⁊ cũ vino al.
deglutiant̃. etiã nuclei cereſorum ⁊ perſi
corum . radicis petroſi . ſparagi bruſchi
feniculi apij cicerũ ru. decoctio etiã mul
tum vz. etiam aqua corticũ fabarũ. Item
brodiũ multe decoctionis radicũ malua
rum. De his aũt que a proprietate occul
ta valent primo laudat̃ lapis iudaicus
⁊ magis in lapide renum q̃z veſice: ⁊ po-
teſt ſecure dari: qr bonum ſaporez habet
⁊ nõ horridum. cinis etiã leporis multũ
valet. capiat̃ em̃ lepus ⁊ ponat̃ in furno
⁊ ita exiccet̃ vt puluerizari poſſit de quo
puluere exhibeatur. valet etiam vitrum
combuſtum ponendo ipſum ad ignem ⁊
extinguendo eum in aqua ſaxifragie ⁊ ſe
ptez vicibus ignire ⁊ ſeptem extinguere.
commendatur etiam puluis oſſis calca-
nei leporis. puluis etiam lapidum qui re
periuntur in cancris. vz puluis etiã lapi
dum limatiarum . etiam puluis oſſium
mandibularum lutij vz. ⁊ quidam medi
cus venetꝰ habet hoc pro ſecreto nec ab
alio auctore reperitur poſitum. iſti enim
pulueres ſunt in vſu ⁊ dantur cum vino
albo vel aq̃ appropriata vel brodio . vz
etiam aqua apij rafani ⁊ melliloti. vz etiã
cinis ſcorpionum ⁊ eſt multum fortis in
frangendo lapidem. doſis eius eſt ſexta
pars. ʒ. j. ideſt. ℈. ſ. vz etiam lapis ſpon-
gie etiaz lapis qui exiuit ab homine pul
uerizatus multum frangit. ſ. renalis re-
nalem veſicalis veſicalez: licet Gal. x. de
ſimplici medicina dicat hoc eſſe menda-
cium. puluis etiam vermium terreſtrium
multum laudatur. os hominis humati
puluerizatum ⁊ cum vino albo exhibitũ
audiui mirabiliter conferre dolori rena-
li: ſeu lapidis: ⁊ hoc vtebatur quidam re
ligioſus in ſeipſo: habebat enim os vnũ
⁊ cum lima limabat ⁊ de illa limatura
cum vino albo ſumebat ⁊ ſtatim dolor
quietabat. laudatur etiam ab Auicen.
cortex lauri ſi bibatur. frangit enim ſan
guis hircinus: multum etiam laudatur
capiatur enim hircus quattuor annorũ
⁊ cibetur pluribus diebus cum herbis
ſupradictis prouocantibus vrinam fran
gentibus lapidem ⁊ bibat etiã vinũ mal
uaticum aromaticum ⁊ tempore Augu
ſti decoletur ⁊ colligatur ſanguis nõ pri
mus in ingreſſu neqꝫ vltimus. ſed mediꝰ
⁊ hoc fit cum ſcutellis multis colligen-
do ⁊ primus ⁊ vltimus abijciatur ⁊ me-
dius colligatur: ⁊ dimittatur coagulari
⁊ in fruſtra incidatur ⁊ ſub diuo paſtora
li. i. in domo paſtorali ſub tecto vt dicit
Aui. exponit̃ ⁊ ita exiccatur ⁊ ponitur
in alto ne a pulueribus tangatur . ⁊ pro
hoc videas Auicen. ⁊ cõiter datur de eo
vſqꝫ ad quantitatẽ. ʒ. ſ. laudatur etiaz ſu
per omnia ab Aui. quedam auis que di-
citur cauda tremula que exiccatur in fur
no ⁊ in puluerem redigatur. Compoſita
autem quibus practici communiter vtun
tur ſunt vt dãdo Juſtinianum deſcriptũ
a Nicolao dictũ a Juſtiniano impera-
tore patiente calculum ⁊ datur vſqꝫ ad.
ʒ. j. vel. ij. in mane cum vino albo cal . vz
etiam limptuntripon etiam dialaca. ele-
ctuarium deſcriptum a Nicolao effica-

cius eſt. ⁊ omnia iſta ſumat ieiuno ſtomacho cū vino vel aquis appropriatis. electuarium etiam de cineribus ſcorpionuz eſt ſingulariſſimum ⁊ tenetur cōfectum Papie ⁊ fuit poſitum in practica a me. electuarium etiā ab Auicen. deſcriptum quod dicitur manus dei non tenetur confectum vz. ⁊ de iſtis damus a. ℥. ſ. vſq; ad ℥. ſ. ß. Per inferius vero conueniunt cliſteria qꝛ recepta in inteſtinis appropinquant renibus ⁊ illa cliſteria debemus facere cū rebus anodinis. fit enim decoctio maluarum paritarie camomille melliloti fenugreci capil. veneris cum notabili quātitate butiri vel pinguedinis galline vel olei amigdalarum dul. vel amararum. decoctione p̄dictarum herbaruz accipit̄ li. ſ. bn̄dicte ſimplicis deſcripte a Nicolao. ℥. ß. q̄ valet in paſſionibꝰ renuz cuz. ℥. ſ. caſ. ⁊ ēt. ℥. ſ. zuchari ⁊ cū. ℥. ß. olei ſcorpionū ⁊ fiat enema. ⁊ etiam quia coniungitur aliquando magna ventoſitas poteſt addi de oleo anetino. poteſt etiam fieri cliſtere ex ſolo oleo oliuarum ⁊ ſemine aniſi. poteſt etiam fieri cum alijs carminatiuis ventoſitatis. aduertat̄ tamen cau̅. vt nō pertranſeamus lib. ſ. ne nimis comprimantur renes ⁊ dolor augeatur ⁊ fiant ſepius huiuſmodi cliſteria. Per exterius etiam conuenit facere inunctiones vt. ℞. olei amigdalarū dul. pinguedinis galline olei de amigdalis amaris ⁊ olei ſcorpionū an̄. ℥. ß. valet etiā inūctio ex ſolo butiro. etiam de iſopo humida. emplaſtrum etiaz ex decoctione predicta vel ex radice altee paritarie ⁊c. cum farina ſeminis lini fenugreci cum butiro ⁊ oleo ſcorpionum vel amigdalarum dul. multum valet etiam facere fomentationes cum camomilla altea melliloto paritaria malua ⁊ alijs predictis ⁊ cū ſpongia vel veſica apponere loco dolenti ſed veſica eſt excellentior. Per ſuperius exhibeātur ea que habent huiuſmodi intētiones vt brodia pinguia. laudat etiam Auicen. vnam decoctionem vz. ℞. decoctionis malue cāpeſtris vel altee. ℥. viij. butiri. ℥. ſ. mellis colati. ℥. ſ. ß miſce. ⁊ de iſtis detur frequenter ⁊ abundāter. ⁊ de iſtis poſſumꝰ exbibere vſq; ad. ℥. xx. ⁊ eſt ſingulariſſima ⁊ experta. valet etiam ad frangendum lapidem iſte puluis. ℞. ariſtologie longe alchechengi radicis ſaxifragie an̄. ℈. ſ. ⁊ detur. ℥. ſ. cū vino albo. Pro ſtomacho autem ſi eſt debilitata digeſtiua vt aliquando accidit in iſta egritudine. ℞. olei ſpice abſyn. ⁊ mente an̄. ℥. ß. gar. macis cinamomi cardamomi roſa. corallorum galliemuſcate an̄. ℈. ſ. cuz modico cere fiat vnguentum ⁊ ſtomacho apponatur. In primis etiam quando occurrimus infirmo poſt lenitionem cū caſſia conueniunt ſirupi vt. ℞. oximellis. s. ℥. ſ. ſirup. aceto. compoſiti. ℥. ß. cum aq̄ betonice vel ſaxifragie decoctionis etiā ſaxifragie liquiritie granorum iuniperi ⁊ milij ſolis fiat ſirup. etiaz ſirupus compoſitus de radicibus de eupatorio admiſcendo aliquid de ſiru. vio. vel de liquiritia ad remouendum eorum virtualem ſiccitatem etiam ſiru. de biſantijs cum aceto ⁊ aquis appropriatis vt ſaxifragie.

Cura lapidis veſice.

Cura lapidis veſice eſt eadem cuz cura lapidis renum niſi ꝙ fortiora conueniunt in lapide veſice q̄ʒ in lapide renū. tum quia via eſt longior ⁊ lapis durior ſed quando lapis eſt induratus nihil eſt melius q̄ʒ inciſio que non debet fieri in commiſſura ſed aliter in collo veſice ⁊ nō in corpore veſice. poſtea extrahatur lapis ⁊ non permittatur ꝙ materia egrediatur per illud foramen. poſtea debemus incarnare cum incarnantibus ⁊ conſolidantibus. Pro cura autez apoſtematis renum ⁊ veſice vide Raſim ⁊ Auicen. ⁊c.

De cura ardoris vrine.

Pro cura ardoris vrine due generales intētiones ſunt obſeruāde. Prima vertit̄ ad cauſam ardoris. Scd̄a ad ipſuz ardorē auferendum. ⁊ hoc cū his que remittunt ardorem ipſius vrine

ꝛ remitttunt ſenſuz loci. ideo oportet pri
mo conſiderare cauſam. Si.n.ſit ex par
te materie colerice admixte ipſi vrine p
cura eius ſunt quattuor intentiones ob
ſeruande. prima eſt debitum regimen. ſe
cunda digeſtio. tertia euacuatio. quarta
diuerſio.

¶ Prima intentio que eſt debiti regimi
nis adminiſtratio complexꝫ infrig. quia
materia vt ptz eſt cali. opz ergo vt patiēs
abſtineat ſe a cibarijs calidis amaris et
acutis ſafregedi rapheos. i. cibaria cum
rebus fri. adminiſtrentur. laudant ergo
herbe infrigi. vt lactuca portulaca cico
rea endiuia ꝛ alie herbe infrigi. laudant
etiam malue ꝛ ſpinachia. q2 ſunt leniti
ue ꝛ lubrificatiue. plures etiam ex ordeo
et ſunt quidam qui ex ſolo vſu malue li
berati ſunt. bleta etiam conuenit. aqua
etiaz zuchari cū iulepꝫ.

¶ Secunda intentio eſt digeſtio materie
colerice que fit cū ſirupo violato endiuia
ꝛc. Et nota ꝙ ſirupus acetoſus eſt vitan
dus. quia vlcerat.

¶ Tertia intentio eſt euacuatio que non
debet fieri cum medicina ſcamoneata ſꝫ
cum manna caſſia vel mirabolanis citri
nis vel in infu ſione.

¶ Quarta iutentio eſt diuerſio humoris
colerici a vijs vrine ꝛ ideo ſingulis quat
tuor vel quinqꝫ diebus debem9 dare caſ
ſiam vel elm̄ ex caſſia ꝛ cum zucharo ex
bibendo partes equales ꝛ diſſoluēdo cū
decoctione appropriata vt quattuor ſe
minū cōium etiam ſebeſten alchechēgi ꝛ
eſt ſingulare: q2 complectit duas inten
tiones. ſ. diuertendi a vijs vrine ꝛ infrig.
dando ſingulo die vel alternis dieb9 duo
coclearia vt natura aſſuefiat tranſmitte
re ad vias inteſtinorū aqua etiam lactis
caprini eſt ſingulariſſima vt natura di
uertat ꝛ trāſmittat ſuperfluitatez coleri
cam ad inteſtina: de qua detur ſemel vel
bis in hebdomada. ꝛ lac caprinum eua
cuat materias barauchias vel nitroſas
ꝛ ēt q2 lac ē multiplicatiuū vrine ꝛ ita p
pter multā quātitatē vrine colera ꝑmix
ta nō tn̄ pūgit vt dic̄. Aui. ꝛ qn̄ nō ſunt
vlcera meli9 ē ꝓuocatio vrine ꝓcui9 varia
expōne. vide Conciliatorē vtrū diuretica
ꝯferāt ardori vrine. ꝛ magiſter Jo. mat
theus gradi de mente Nicoli non vult
ꝙ conferant diuretica. laudant etiā cli
ſteria que participant duplici virtute. ſ.
lenitiua et remiſſiua acuitatis vrine. ꝛ ta
lia fiunt ex decoctione maluarum viola
rum matrum violarū nenufaris foliorū
ſalicis añ. M. ſ. caſſie. ℥. ſ. zu. ℥. ſ. olei vio
lati. ℥. ij. Si autem fuerit materia fleg
matica ſalſa debet euacuari cum rebus
ſibi appropriatis vt cum terbentina que
indiſtanter diuertit a vijs vrine ꝛ remit
tit acuitatem cum qua mulierem quan
dam que longo tempore paſſa fuit hanc
egritudinē cum ſolo hoc remedio mira
biliter curata fuit lauando dictam ter
bentinam cuz aqua oliuarū ꝛ endiuie vt
acuitas remittatur et eſt ſingulariſſima
in hac egritudine ſicut abſynthium ē ſin
gulariſſimum in mala diſpoſitione fri.
epatis vel praſſium. etiaz faciendo aquā
ꝛ cum hoc curaui quandam mulierē que
per multos annos paſſa fuerat hidropi
ſim. ſ. cum ſola comeſtione abſynthij di
uerſis modis exhibiti. opz ergo ꝙ primū
poſſumus diuertam9 dictam materiam
a vijs vrine ne antiquetur iſta egritudo
et ne natura aſſuefiat tranſmittere has
materias ad renes ꝛ veſicam ꝛ ideo illa
terbentina facit ad diuertendum per ſe
ceſſum et etiaz remittit acuitate vrine qn̄
tranſit per viam illam. Si vero ſit ab ex
coriatione exiſtente in membris vrine vꝫ
in veſica vel in poris vritidib9 cura eius
eſt conſolidatio ꝛ in hoc caſu cōuenit da
re boliar. ʒ. ſ. vel dare tro. de terra figil
lata de carabe cū aqua ſolatri vel plan.
Si vero cauſa ſit vlcus due requiruntur
intentiones. Prima eſt abſterſio vt cum
aqua zuchari aqua decoctionis ſeminū
fri. ꝛ aqua lactis aſinini vel caprini. Se
cunda intentio eſt conſolidatio. cum eſt
amplius non egreditur ſanies ſed ſan
guis indigemus conſolidatione vt cum
tro. de carabe ꝛ alijs ſupradictis. Si v̄o
ardor proueniat ob effectū humiditatis
tegentis veſicam: tunc oportet admini
ſtrare cibaria viſcoſa ꝛ cibaria de paſta
vt lagana ꝛ ſiſia vt tegāt veſicā ꝛc. Se
cunda intētio principalis eſt remiſſio ar
doris vrine q̄ multotiens debet a princi
pio poni in opus practicum. aliqn̄. n. eſt

ita intenſus dolor vt patiens nunq̃ poſ-
ſit quieſcere: remouetur autem cum his
que infri. ⁊ remittunt actiuitatem vrine
⁊ cum his que hebetãt ⁊ remittunt ſen-
ſum veſice ⁊ aliarum viaruȝ ne talis ar-
dor ſentiat̃. Iſtorũ aũt quedã ꝑ ſuperius
quedã per inferius adminiſtrant̃. Per ſu
perius conueniũt ſiru. infri. ⁊ humecta-
tiui vt ſiru. vio. cũ aqua lactuce portula
ce ſolatri ⁊ endiuie. Si fortius volumus
exhibemus ſirupũ de papauere ſimul cũ
vio. ⁊ cũ decoctione ſeminũ cõiuȝ fri. ver
bi gratia. ℞. ſiru. vio. ℥. ſ. ſirupi de papa
uere. ℥ ß. cũ decoctiõe prunorũ tamarin
dorũ ſebeſten ſimul miſcẽdo cum ſirupo
quantũ ſufficit puta. ℥. iij. ⁊ ẽt confectio-
nes. ſ. vt zucharum vio. roſa. ⁊ de p̃dictis
ſiru. demus vnum in mane ⁊ vnuȝ in ſe-
ro. Puluis ſingulariſſime deſcriptꝰ in li
tera a Raſi vȝ. ſclȝ ſeminis iuſquiami ⁊
papaueris. al. ʒ. ſ cũ aq̃s lactu. ⁊ portula
ce in mane exhibeat̃. Si fortiora volumꝰ
ſunt tro. de alchathẽgi deſcripti a Me-
ſue ⁊ eſt ſingulare remediũ dando de eis
ʒ. ſ. hñt. n. virtutẽ ſtupefactiuã ⁊ diureti-
cam ⁊ multum valent in remiſſione acui
tatis vrine. Per inferius valent cliſteria
ex decoctione maluaꝝ vio. matrũ vio. ⁊c
cũ caſſia ⁊ zucharo ⁊ oleo vio. exhiben-
do omni die duo coclearia vnum in ma-
ne ⁊ vnum in ſero. Valẽt etiam ea que ꝑ
ſiringã immittunt̃ de quibꝰ ſingulariſſi-
ma ſunt vt lac humanum caprinũ ⁊ oui
nũ: qȝ tale lac miſcet̃ cũ vrina ⁊ ſua hu-
miditate obtũdit vrine acuitatem. ſingu
lare aũt eſt albumen oui conquaſſatum
donec tota viſcoſitas ſit remota ⁊ de ta-
li mittimus in virgã vel miſcemus cũ de
coctione papaueris vel cuȝ lacte. mucila
go ẽt pſilij ẽ ſingulariſſima infundendo
in aqua fri. ꝑ ſex horas de ſemine pſilij
poſtea ex tali pſilio emanat q̃dam hũidi
tas viſcoſa q̃ mucilago appellatur. eſt
n. ſingularis in ſedatiõe omnis doloris
acuti. vȝ ẽt mirabiliter in maximo dolo
re hemoroidarum de qua maximam ex-
perientiam fateor habuiſſe etiam in do-
lore podagrico multum valet a cauſa ca
li. vt expertus ſum. Si ergo talis humi-
ditas ſiue muicilago in virgam per ſrin
gaȝ immittatur prodeſt multum. Si for
tius volumus poſſumus immittere tria
vel q̃ttuor grana camphore. ⁊ ſi adhuc
fortius vnum granum opij vel. ℈. ſ. alche
chengi diſſoluti in aqua papaueris acci
piatur. ⁊ imponatur. tenere etiam virgã
in lacte vel decoctione papaueris albi.
vȝ inungere etiam ſumen cum oleo de ſa
licibus violato de nenufare ponendo in
iſtis aliquantulum camphore. balnea ẽt
ex decoctione foliorum ſalicis vitis mal
uarum violarum matrum violarum or-
dei ⁊ cum veſicis hac decoctione pleniꝰ
vaporare ſumen vel balneare multũ va-
let. quare ⁊c.

¶ Cura mictus ſanguinis vel ſaniei.

Aliquando mictus ſanguinis
fit propter nimiam repletio-
nem ſan. ⁊ ex defectu ſuperio
rum cum natura querit ſe ex
onerare. aliquando propter
ꝑquoſitatem ipſius ſangui-
nis. aliquando propter colericitatẽ. ali-
quando propter putrefactiõem ipſiꝰ ſan.
vt in ſinocha. aliq̃n propter malam diſ-
poſitionem epatis ꝑpter defectum dige
ſtiue ⁊ ſequeſtratiue eius. aliquando ac-
cidit ex defectu membrorum vrinalium.
Mictus etiam ſaniei põt contingere ex
parte ſuperiorum ⁊ inferioruȝ aut ꝑpter
rupturam vene. Si a ſuperfluitate ꝑue-
niat non eſt reſtringendus niſi ſuperflu
at. et ſi per viam criſis etiã non eſt rerſtin
gendus niſi ſuperfluat. Si vero a mala
diſpoſitione ep̃is vt debilitate ſequeſtra
tiue ꝑueniat tũc rectificãdũ eſt epar. Si
vero a debilitate ſequeſtratiue renũ tunc
opȝ curare renes ⁊ reſtringere ſan. cũ in
unctionibus ſtip. vȝ cũ oleo martino ro.
de citonijs. Itẽ cũ ſtipticis faciendo deco
ctiões cum aqua roſ. plan. aqua calibea
ta ſeu ferrata. ẽt cum. d. balauſtiaruȝ gal
larũ hipoquiſtidos. Vnguenta etiam cõ
ueniunt vt vnguentũ de anthera ideſt de
ſemine roſarũ vnguentũ. Gal. ſan. co-
mitiſſe. Per interiꝰ ſimiliter exhibẽdo ea
que habent virtutem ſtipticaȝ vt eſt ſiru.
roſa. martinus de cito. cum aqua ſolatri
plan. lactuce ⁊ roſ. etiaȝ confert dare bo
liar. ʒ. ſ. cum p̃dictis ſiru. trociſci etiã de
charabe de terra ſig. de ſpodio cũ ſe. ace.

deſcripti a Raſi multū valent ⁊ inter cetera cōfortando renes Aui. ponit vnum ſingulare remediū. ſcilicꝫ lac ouinum. ⁊ dicit ꝙ non habet ſibi ſimile in confortādo renes. ⁊ ita practici dant de iſto lacte ouino ad quātitatē. ℥. iiij. vel. vj. ſtomacho vacuo ⁊ miſcent. ʒ j. boliarmeni. ⁊ hoc expertus ſum. Eſt tamen precipiendum ne poſt aſſumptionem lactis dormiat nec exercitet̄. Si vero fiat ab excoriatione propter inceſſum lapillorum a natura conſolidatur ⁊ rectificatur ⁊ de iſto non multū curamus. Si tamen videremus ꝙ ſanguinis mictus continuaret tunc ſtat intentio ſolius conſoldationis: ⁊ in hoc caſu damus trociſcos de charabe cum aqua plan. ⁊ boliarmeni. Si fiat a percuſſione vel a caſu prima intētio eſt diuerſio: ⁊ in hac competit flo. baſilice q̄ primo reſpicit epar ⁊ ita diuertimꝰ. Secunda intentio eſt cōſtrictio vt dādo troci. de charabe de terra ſigillata de ſpodio cum ſemine acetoſo dando de omnibus ad quantitatē. ʒ. ſ. cū aquis ſolatri plan. itē cum boloarmeno facimus etiā inunctiones ſupra locum dolentem: cuꝫ oleo ro. mirtino vnguento Gal. vel cum alijs pulueribꝰ ſtipticis. Si ſanies egrediatur prima intentio eſt abſterſio quaꝫ etiam nobis inſinuat Raſis ſi ſit caliditas ⁊ inflammatio cōuenit aqua lactis zuchari or. vel cicerum rub. Secunda intentio eſt conſolatio ⁊ in hac ꝑ ſuperius conueniunt tro. ſupradicti. per inferius collyrium quod ponit Raſis multū valet. predicti etiam tro. diſſoluti cū aliqua aqua appropriata iniecti cuꝫ ſiringa in virgā multum valent: quare ⁊c̄.

¶ Cura inuoluntarij exitus vrine.

Circa hoc capitulū nota ꝙ Raſis ſub hoc capitulo cōprehēdit quattuor capitu. ab Auic. in quattuor locis poſita. ſ. capitulꝫ de inuoluntario exitu vrine. de his qui mingūt in lecto. de diabete. de multitudine vrine Nota ſecūdo ꝙ diabetes eſt multitudo vrine non tamen quelibet immo requiruntur alique cōditiones. Prima ꝙ ſit cum ſiti intenſiſſima: ita ꝙ non poſſit cū potu extingui. Secunda ꝙ aqua que ſumitur ita egredit̄ ſicut ſumitur eo modo quo in lienteria: cibꝰ in qualitatibꝰ cum quibus ſumitur egredit̄. Tertia ꝙ ſit frequentiſſimus exitus vrine adeo vt quaſi continue egrediatur vrina. Multitudo vero vrine eſt q̄ñ eſt magna vrine exuberantia ꝙ ſi cū ea coniūgitur ſitis: tamē eſt remiſſa ⁊ extinguibilis. Jſta tamen paſſio dibetica raro accidit adeo ꝙ Gal. dicit ſe tantū bis vidiſſe. No. ꝙ magiſter Frā. de buſti mediolañ. i dicta ciuitate Mediolani anno. Mccccl xxxj. habuit in cura quandā puellam annorum. xviij. que paſſa eſt ſuperfluum fluxū vrine adeo ꝙ ſingula die mingebat bocalia. xvj vrine ⁊ continuauit per. lx. dies. ⁊ illud quod ſumebat inter cibum ⁊ potum non aſcendebat ad quantitatē bocaliū. iij. ⁊ pꝫ manifeſte ꝙ ſi totū corpus diſſolutum fuiſſet non aſcēdiſſet ad quātitatem tantam: qua de re medici mediolañ. querentes inter ſe cām. Joā. marlianus reddit illā dicens ꝙ aer qui erat in poroſitatibus corporis iſtius ⁊ alie humiditates corporis ⁊ in mēbris ex diſpoſitione corporis eius conuertebantur in aquoſitatē vrinalē: ⁊ tandē puella liberata fuit nec erat multum extenuata. Jō dicendū eſt cum Auer. quinto colliget ꝙ in medicina fiūt mōſtra ſicut in materia. Jn cura fluxus vrine prima intentio eſt abſciſſio cauſe. ſcđa mēbroꝝ vrine confortatio. Prima intentio diuerſificat̄ ſm diuerſitatē cauſarū. Si proueniat propter cibū ⁊ potū opꝫ abſcindere cām. Si propter frigus extrinſecū idem eſt faciendū. Si propter debilitatē epatis ⁊ maxime hidropiſis aſclitis dictum eſt ſupra in cura debilitatis epatis: oportet enim rectificare epar. Si cauſa fuerit relaxatio lacertorum colli veſice ſtat intentio curandi cum his que dicta ſunt in cura paraliſis. Si vero cauſa ſit caliditas renū ſtat infrigidatio renum per interius ⁊ per exterius vt cum ſucco granatorū limonū.

Et cum virtus contentiua debilitaꝛ ſtat
intentio confoꝛtandi per interius cū fri-
gidis ſtip. ⁊ Raſis laudat puluerem cu-
iuſdā ſim. vt olibani. ℈. j. vł. ʒ. ß. cū aqua
abſyn. vel vino coꝛiandri pꝛeparati ſpo-
dium glandis aſſate ⁊ puluis carū. Cō-
poſita ſunt ſicut tro. de ſpodio cū ſe. ace-
toſe tro. de terra ſigillata tro. de balau-
ſtijs. Doſis eſt. ʒ. j. cum vino vel aqua ab
ſyn. Aui. ponit in. c. de diabetica paſſio-
ne. Et ſepe iſtis vſus fui. ⁊ i. c. de diſtilla
tione vrine laudat electuariū quoddā in
quo ingrediūtur omnes ſpecies mirabo
lanoꝛum. Si pꝛopter relaxationē lacer-
toꝝ datur acoꝛus conditus ⁊ diacoꝛus.
Si pꝛopter cām calidā debemus infri-
gidare ⁊ ſtipticare cū ſiru. de agreſta de
limonibus de acetoſitate citri cuꝫ aqua
poꝛtulace lactuce. etiā cū ſpodio coꝛalis
etiā poſſumus infrigidare cū vnguento
vt/de anthera ſandalino Sal. ⁊ poſſumꝰ
dare ſuccum plan. ⁊ aliaꝝ herbarum vel
acoꝛum cū aqua plan. ⁊ ponere res frig.
ſtip. vt roſas balauſtias ſpodiū. Aliquā
do ſtat maioꝛ intentio infrigidādi vnde
ponitur eger in balneo rerum frigidarū
quare ⁊c.

Cura vermium.

Duplex regimen in cura ver-
mium obſeruatur. ſ. pꝛeſer-
uatiuū ⁊ curatiuū. Pꝛimuꝫ
regimen debetur coꝛpoꝛibꝰ
aptis in hāc egritudinē ca-
dere: ⁊ in hoc regimine pꝛio debemꝰ pꝛe-
cipere vt vitent omnia cibaria viſcoſa ⁊
mām flegmaticā multiplicantia: ⁊ hunc
cañ. in pri. poſuit Aui. oꝫ eññ vt flegma
extrahatur a coꝛpoꝛe ⁊ mundificētur in
teſtina: ⁊ iō Raſis laudauit vt detur pa
nis cum ſinapi ⁊ hoc qꝛ ſinapis ſui cali
ditate facit ad conſumptionē materierū
flegmaticaꝝ. tñ ſi iſtud non ſufficit opꝫ
digerere flegma ⁊ euacuare. ⁊ ꝑ hoc re-
curre ad capitulum de colica ⁊ de debili
tate ſtomachi.

In regimine aūt curatiuo quinqꝫ req̄
runtur intentiones pꝛima eſt debitū regi
men. ſcōa necatio vermium. tertia eoꝝ ex
pulſio quarta pꝛohibitio aſcenſus ad ſu
perioꝛa. quinta diuerſio ad inferioꝛa ⁊
diuerſio a pꝛincipalibus.

In pꝛima intētione nō poſſumꝰ dare
regulā gñalem qꝛ nūc vnū intendimus
nunc aliud. Aliqñ enim intendimus in-
terficere vermes ⁊ tūc pꝛecipimus vt coꝛ
pus ſtet famelicū poſtea exhibeatur me-
dicina eoꝛum interfectiua vt vermes po
ſtea ad eā perueniant. Aliqñ pꝛincipaľr
intendimus remouere eoꝝ ſeua acciden-
tia: ⁊ tunc opꝫ eis dare cibū gratum ver
mibus ⁊ conuenientem: qꝛ ipſi cum ſint
famelici moꝛdicant ventrem ⁊ aſcendūt
aliquādo. Si tñ volumꝰ pꝛohibere aug
mentum flegmatis debemus cibaria ca
lida ⁊ ſicca adminiſtrare. Si vero volu-
mus diuertere ad inferioꝛa dabimꝰ ace-
toſa acuta ⁊ amara.

Scōa intentio q̄ eſt vermiū occiſio cō-
pletur cū his que contrariaꝛ cōplexio-
ni ⁊ materiei ipſoꝛum. ſ. cum cal. ſiccis ⁊
amaris. ideo opꝫ vt illa que interficiunt
vermes ſint calida ⁊ ſicca in tertio. etiaꝫ
cū his que a pꝛopꝛietate contrariantur.
Domeſticū autē ⁊ vſuale eſt coꝛnu cerui
vſtum qō ponunt auctoꝛes maxime Al-
bertus magnus in libꝛo de animalibus
cap. de ceruo. ⁊ per aduſtionē non acqui
rit neqꝫ amittit virtutē ſuaꝫ. ſed hoc faci
unt apothecarij vt melius in puluerē re
digāt ⁊ exhibēt ad quātitatē. ʒ. j. ⁊ iſtud
eſt gratū guſtui abſynthiū etiā in hac in
tentione multū cōmendaꝛ: quia ſua cali
ditate ⁊ amaritudine vermes interficit.
folia etiam perſicoꝛum ſunt multū vſua
lia contundendo ea ⁊ de eoꝝ ſucco dare
ad bibendū vel ponere ſupꝛa ſtomachū
lupini etiā multuꝫ valent exhibendo de
aqua decoctionis eoꝝ. quia ſunt multū
amari faciendo etiā empľm de eoꝝ fari-
na. mētaſtrū etiā ab oībus laudaꝛ quia
hꝫ virtutē vermiū interfectiuā. ſemen &
caulium contundendo ⁊ exhibendo. ʒ.
ß. ſemē etiā apij alleū a Raſi ⁊ ab Auic.
laudatur ſimiľr vinum ſimplex qō dicit
ferax de quo loquitur Raſis decimo cō
tinentis. ⁊ eſt filix maſculus ⁊ cognoſci-
tur a femina qꝛ habet certas maculas
in inuerſa parte folioꝝ ⁊ eiꝰ radix ē groſ

ſa ad modum brachij ꝛ habet ſm̄ longi-
tudinem innumerabilia capita radi cum
eius enim decoctio necat vermes ſiue
ſint magni ſiue parui. Radix etiam gra-
minis ſingulariter valet: vnde mulieres
communiter exhibent decoctionem gra-
minis. nullus tamen auctoꝛ auctenticus
ponit de radice graminis: niſi Raſ. xx.
continentis dicēs ꝙ decoctio graminis
vꝫ contra toꝛſionem a vermibus proue-
nientem. commendatur etiaꝫ ſcea ſando
nicū vel cētonicū ſemen ſanctū ſemen ale
xādrinū herba granella ſemēcina gemi-
na marina. hec enī octo nomina ſunt ſino
nima ꝛ eſt ſpecies abſynthij. mulieres cōi
ter exhibent de iſto ſemine contrito. ꝛ Ni
colus eum laudat ꝛ appellat eum ſemen
alexandrinū vel ſemen ſanctum. Aliqui
dicunt ꝙ non eſt idem ſed differunt.

¶ Tertia intentio eſt vermium expulſio.
interfectis enim vermibus oꝫ eos a coꝛ-
poꝛe expellere. Si enim retinerētur moꝛ
tui in inteſtinis: vt dicit Aui. eſſent cauſa
ſeuoꝛum accidentium qꝛ ab eis eleuan-
tur fumi putridi ꝛ venenoſi. Euacuamꝰ
autem cum his que expellunt vermes et
inimicantur eis vt aloe ꝛ abſynthio pil-
lule compoſite quas laudat Auicē. ſunt
ſingulares in educendo ꝛ interficiendo
vermes. Item reubarbarum dando. ℈. ſ.
vel. ij. multum enim confert qꝛ necat ver-
mes etiā expellit licet a nullo inueniatur
ꝙ necet vermes. ſed poteſt ratio perſua-
deri qꝛ omne amarum vꝫ in cura vermiū
ꝛ reubarbarum eſt amarum. ꝛ quia vt in
pluribus complicatur lubꝛicitas ven. ꝛ
qꝛ reubarbarū eſt ſtipticum etiā vꝫ lubꝛi
citati ven. ꝛ in confoꝛtatione ſtomachi.
etiā qꝛ vt plm̄ complicat̄ fe. ꝛ reubarba-
rū euacuat hu. coꝛruptos: ꝛ vt dicit Aui
cen. ſecundo cañ. confert fe. antiquis et
habentibus periodos. confert etiā moꝛ-
ſui venenoſoꝛum animalium ꝛ ſerpentis
Et quantitas potus eius eſt ſicut quan-
titas potus agar̄. ideo his rationibus cō
cluditur ꝙ confert vermibus ꝛ eſt medi-
cina benedicta que poteſt dari infantibꝰ
ꝛ pꝛegnantibus. agar̄. etiā vꝫ pꝛopter ſui
amaritudinem ſed non ſic vꝫ vt reubar-
barum nec ita omnibus datur. oleū etiā
olfacinum quod fit ex oliuis immaturis
vꝫ ad necandum vermes in magna quā
titate exhibitum ꝛ multis vicibus. facit
etiā ad eductionem ſua lubꝛicitate ꝛ ſua
amaritudine eos necat. Si vero timere-
mus aſcenſum vermiuꝫ non ponas illud
oleum olfacinum in cliſteribus qꝛ magis
aſcenderent qꝛ fugiunt ab eo. Compoſi-
ta ſunt aloes cum abſynthio vel cum di-
ptamo. ſ. cum radice eius hiera. s. Sal.
pillule etiam communes ſunt ſingula-
res ſcilicet compoſite ex aloe myrra ꝛ cro
co. etiam pill̄. de hiera. s. ꝛ vniuerſaliter
quecunqꝫ participant amaritudine ꝛ le-
ui ſtipticitate conueniunt.

¶ Quarta intentio eſt ꝓhibitio aſcenſus
vermiū ad partes ſuperioꝛes. hec aūt cō-
pletur cōfoꝛtando ſtomachū cum ſtip. vt
inungere ſtomachum cū oleo de cito. de
abſynthio de ſumach de ſemine poꝛtula
ce de coꝛticibus granatoꝛum ſtipticādo
ven. damus ēt amara per ſuperius qꝛ ver
mes fugiunt amaritudinem. conueniunt
ēt omnia acetoſa. ēt acetū foꝛte eſt ſingu-
lariſſimum cōtra vermes. Facimus ēt em
plaſtra ꝛ vnguenta ſupꝛa ſtomachū vt fa
cere vnguētū ex ſucco abſynthij ꝛ abꝛo-
tani cū felle vaccino. Empl̄m fiat iſto mō
Accipe bucellā panis ꝛ bene aſſet̄ dein-
de infundat̄ in aceto foꝛtiſſimo: poſtea ex
pꝛimatur leui expꝛeſſione donec veniat
ad foꝛmā vnguēti. vel alr̄ admiſce de coꝛ
ticibus granatoꝛū de ſucco abſynthij ꝛ
alijs appꝛopꝛiatis ꝛ fiat emplaſtruꝫ. iſto
enim ſepius vtoꝛ.

¶ Quinta intētio eſt attractio vermiū a
partibꝰ ſuperioꝛibꝰ ad inferioꝛes ꝛ iſta ꝑ
ficit̄ faciēdo ſuppoſitoꝛia grata vermibꝰ
Quidā hn̄t ꝓ ſingulari cliſtere ex lacte
calefacto qꝛ vermes delectant̄ lacte ꝛ de-
ſcendunt ad inteſtina. Alij aūt vituperāt
lac qꝛ facile coagulat̄ ꝛ coꝛrumpit̄ ꝓpter
fe. ideo magis vꝫ ſcm̄ ex bꝛodio carniū et
melle ponēdo. ℈. ſ. mellis ſi non eſt fe. ꝛ ſi
eſſet fe. ponēdo. ℥. ſ. zuchari. delectant̄ eſm̄
vnctuoſis ꝛ ꝓpter dulcedinē trahunt̄ ad
iferioꝛa mēbꝛa. Si aūt ſint vermes ī ano
cōfert ſuppoſitoꝛiuꝫ de coto inuoluto ex
oleo olfacio vel oleo ſimul cū aloe vel cū
felle vaccino. Eſt ēt vnū īgeniū expꝛtū ca-
piat̄ caro pīguis poꝛci ſalita ꝛ filo appē
dat̄ ꝛ ponat̄ ī āo, oēs. n. vermes ad illā car

nem conuertuntur ⁊ adherebunt: qua ex
tracta extrahentur: ⁊ eodem modo valẽt
omnia cliſteria vermes interficiẽtia qua
re ⁊c.

❡ De cura ſuperflui fluxus hemo roidarum.

PRo cura hemoꝛoidarũ nota
ꝙ alia cura debetur hemo-
roidibus fluentibus alia nõ
fluen. alia doloꝛoſis alia nõ
doloꝛoſis. Pꝛo cura fluẽtiũ
duo cañ. ſunt obſeruandi. Pꝛimus ꝙ nõ
debent a pꝛin. reſtringi niſi quouſ nĩ-
mium fluat: q̃m coꝛpus cum huiuſmodi
fluxu pꝛeſeruatur a multis egritudinibꝰ
Si vero videaẽ pꝛopinquitas ſincopis ⁊
coloꝛ ſan. varieẽ de malo ad bonum ⁊ vi
deaẽ debilitas ⁊ mollities tũc debemus
reſtringere. Secundus cañ. eſt ꝙ ſemper
debemus intendere ad ven. lubꝛicitatem
dando bꝛodiũ carnium in cliſteribus vel
caſẽ. vel bꝛodiũ cauliũ ⁊ hoc qꝛ feces in
durate magnum cauſant doloꝛẽ in egreſ
ſu ſuo. Quibus obſeruatis quattuoꝛ in
tentiones ſunt obſeruande. pꝛima debi-
tum regimen. ſcõa diuerſio. tertia reſtri-
ctio. quarta cõfoꝛtatio ⁊ ſan. rectiſicatio
❡ Pꝛima intentio cõpletur per ſtiptica
⁊ eam docet Raſis quando dixit eſſe al-
terantia cibaria cũ ſumach: ſint frigi-
da ⁊ ſtiptica.
❡ Scõa intentio compleẽ per floboto-
miam vene baſilice ⁊ eſt vena epatis qꝛ
epar eſt fons ſan. ⁊ talis extractio debet
eſſe copioſa ⁊ ſit ad oppoſitũ: ideo lauda
tur illa baſilice. Item flomotomia ſalua
telle in manu. Item appoſitio ventoſa-
rum in hypocundrijs ⁊ in regione epa-
tis ⁊ in ſpatulis ⁊ in adiutoꝛijs bꝛachio
rum. etiã balnea extremitatũ ⁊ fricatio-
nes doloꝛoſe. etiam ligature extremita-
tum ſuperioꝛum.
❡ Tertia intẽtio compleẽ per ea q̃ reſtrin
gunt vias ⁊ ingroſſant ſan. ⁊ immobili-
tãt cũ interius ⁊ exteriꝰ applicatis. Per
interius cũ ſiru. vt ſirupi fri. ⁊ ſtip. vt ſunt
ro. mirtinus de ſucco acetoſe de granatis
de citonijs cum aqua plan. acetoſe ro. ſo
latri. cõfectio ex zucharo ro. cũ boloar
vz dando in mane per duas hoꝛas ante
cibum vel ponẽdo de lapide ematitis de
coꝛallis ru. ⁊ cum ſirupo de granatis mi
ſcemus in modum electuarij ⁊ ea exhibe
mus. etiã trifera ex arte fenonis. eẽm de
ſcoꝛia ferri qõ laudat Raſis in pñti cap.
⁊ eſt multũ vſuale. Et nota ꝙ ſcoꝛia ferri
eſt ſpuricies ferri. ſquama vero que ſepa
ratur a ferro cum ſuper incude ferrũ mal
leo percutitur. limatura vero que cum li
ma diuiditur. Simplicia ſunt vt coꝛrali
rubei lapis ematitis bolus armenus. dã-
do vſ ad. ʒ. j. Nicolus ponit vnum ſin-
gulare quod eſt expertum ⁊ vſuale ſuma
tur ſquama ferri ⁊ ſubtiliſſime puluerize
tur ⁊ bulliatur in aceto poſtea exiccetur.
⁊ hoc fiat quater poſtea exhibeatur. Et
doſis eius ſit a. ℈ j. vſ ad. ij. vel. iij. dan
do bis vel ter in hebdomoda de dicto
puluere. valent enim in confoꝛtatione ſto
machi epatis ⁊ rectificatione humoꝛum
Et quando iſta non ſufficiunt debẽt alia
vſualia dari vt tro. de charabe de terra
ſigillata de ſpodio cũ ſe. acetoſe. magis
tamen vſuales ſunt tro. de charabe ⁊ de
terra ſigillata. Aliq̃n autem nos opꝫ ad
ſtupefactiua deuenire: ⁊ vſualia ſunt ſi-
cut athanaſia Nicolai filoniũ perſicum
doſis atanaſie ẽ a. ʒ. j. vſ ad. ℈. iiij. Per
exterius vero cõueniunt balnea ſtiptica
cum rebus foꝛtiter ſtip. vt cum coꝛticibꝰ
⁊ floꝛibus granatoꝛum ſumach. ⁊ alijs
ſtipticis extinguendo aliq̃n ferrum igni-
tum. Et pulueres ⁊ emplaſtra. Et vnũ ſin
gulare eſt empl̃m de citonijs qõ fit deco-
quendo citoniũ ſub cineribus ponendo
de boloar. ⁊ de alijs ſtip. vſualibus vt de
ſang. dꝛa. dꝛagagãto balauſtijs gallis.
Et cõuenit empl̃m Nicoli floꝛ. in hac cu
ra ⁊ eſt tale. ℞. aloes thuris boliar. ſan.
dꝛa. piloꝛum lepoꝛis ſubtiliter inciſoꝛũ
⁊ cum albumine oui ⁊ tela aranea miſce
Item Nicolus laudat cinerẽ ſotulariũ
combuſtoꝛũ. Sal. etiã quinto de inge. ſa
nitatis ponit empl̃m quo melius credit
non poſſe in reſtrictione ſang. excogitari
qõ fit ex aloe olibano ⁊ albumine oui.
Eſt etiam quoddã ſecretum Siringelli ⁊
eſt puluis de ſubere. i. coꝛtice quodã groſ
ſo poꝛoſo leui ex quo fiunt pantofole. cõ
buritur enim dictus coꝛtex ⁊ pulueriza-

tur:deinde cũ aliqua re appꝛopꝛiata fiat
ano empl'm. Item Nicolus ponit vnum
empl'm ⁊ ẽ de cinere buffonis qȯ poſitũ
ſupꝛa hemoꝛoidas retinet ſa. ⁊ remouet
doloꝛẽ ⁊ delet eas. ⁊ dicit ꝙ venenoſitas
deletur per aduſtionem ſicut etiam in ci
nere ſcoꝛpionum: ⁊ eſt in eo ſecuritas.
¶ Quarta intentio eſt rectificatio ſan. ⁊
debet conſiderari ſi ſit pꝛopter nimiam
quantitatem ſan. fiat minutio ⁊ dieta ſit
tenuis dimittẽdo carnes oua ⁊c. Si pꝛo
pter nimiam aquoſitatem ſan. vtatur die
ta exiccatiua ⁊ calefactiua. Si pꝛopter
nimiam quantitatem colere vel flegma-
tis humoꝛ digeratur ⁊ eũetur cum ap-
pꝛopꝛiatis vt dictũ eſt in capitulo de flu-
xu ſan. narium Nota etiã ꝙ valet vnuz
ſingulariſſimum empl'm. ſ. comitiſſe ap-
plicatum ſupꝛa anum quod tenetur con
fectum ⁊ iſtud deſcribit Bartholomeus
de varignana; quare ⁊c.

¶ Cura tumoꝛis hemoꝛoidarum ſiue ce
carum hemoꝛoidarum.

In cura tumoꝛis hemoꝛoida
rum diuerſimode pꝛocedimꝰ
ſm diuerſitatem intentionũ.
aliqñ enim doloꝛi intẽdimus
ſi enim nihil de materia egre
diatur: tunc vehemẽs contingit doloꝛ qꝛ
a vena chilis quinq₃ oꝛiuntur vene que
ad anum terminantur ⁊ inteſtinuz rectũ
⁊ ſunt ibi quedam pellicule cooperiẽtes
oꝛificia pꝛedictarum venarũ que ſunt ma
xime ſenſibilitatis: ⁊ ad quarũ extenſio-
nem intẽſiſſimus doloꝛ cauſatur. Remit
timus aũt doloꝛẽ cũ localibus que ſi nõ
ſufficiunt. opꝫ pꝛocedere cũ his que ſan.
fluere faciunt. aliqñ vero intendimꝰ eas
exiccare ⁊ ita diuerſimode pꝛocedimus.
pꝛimo ergo intendimus doloꝛem mitiga
re. ſecundo vero eas exiccare. Sunt tamẽ
pꝛimo aliqui cañ. obſeruandi. Pꝛimus
cañ. ꝙ ſi nou fuerit doloꝛ nec apoſtema:
nõ eſt neceſſitas curationis. ⁊ hoc quia
ꝓpter remedia foꝛtia qñq₃ deuenitur ad
pꝛauas egritudines. ſ. cancrum vel fiſtu-
lam. Secũdus cañ. eſt ꝙ in cura huius
egritudiuis ſit ſtudium in lenitione ven.
quia cum feces indurare egrediũtur ma
ximum cauſant doloꝛem in egreſſu ſuo
ſua aſperitate. ⁊ ſic fit humoꝛum attra-
ctio ad locum. lenitio autem fiat cũ bꝛo-
dio carnium vel cum caſſ. fiſtula vel cum
decoctionibus/ leuibus vel cum bꝛodio
caulium. Teriius cañ. eſt opꝫ vt rectifice-
tur coꝛpus vt magnus ſang: euacuetur.
Iſtis ſtantibus opoꝛtet pꝛimo diuertere
humoꝛem fluentem. Et in hac intentione
laudatur flobotomia baſilice ⁊ floboto-
mia ſaluatelle que eſt inter anularem ⁊
auricularem. etiam adminiſtratio vento
ſarum in ſpatulis ⁊ ligature doloꝛoſe in
adiutoꝛijs bꝛachioꝛũ ⁊ alie diuerſiones
vt poſitiones extremitatum ſuperioꝛum
in aqua calida. Ad doloꝛis etiam remiſ-
ſionem valent anodina ſupꝛa locum ap
plicata in foꝛma vnctionum emplaſtroꝝ
⁊ vnguentoꝛum. De vſuallbus pꝛimo eſt
oleum vio. quando ſentitur caloꝛ ⁊ ardoꝛ
ſicut euenit in actu pꝛactico. oleum etiaꝫ
ro. vitellum oui cum oleo vio. incoꝛpoꝛa
tum ita vt reducatur ad foꝛmam empla-
ſtri ⁊ extenſum ſuper panno lini ano ap-
plicetur. vꝫ. etiã multum medulla panis
infuſa in lacte cum vitello oui que ſimul
ponatur ad bulliendum poſtea ad mi-
ſceatur albumen oui. valet etiam oleum
de ſemine lini oleum criſomilarum ⁊ etiã
ponatur cum criſomila oleum decoctio-
nis lumbꝛicoꝛum terreſtrium. oleum etiã
pꝛocelionum. i. panaroles. ſingularem
enim habent pꝛopꝛietatem in mitigatio-
ne doloꝛis ſi cum adipe galline contun-
dantur ⁊ cum butiro incoꝛpoꝛentur ⁊ in
foꝛma empl'i redigantur ⁊ ponantur ſu-
pꝛa locum ſedant enim doloꝛem illico
vt dicit Nicolus. vꝫ etiam oleum deco-
ctionis ſcarabeoꝛum ſi contundantur ⁊
cum oleo fiat emplaſtrum ⁊ ſint olea pꝛe
dicta vel amigdalarum dul. Raſis xj. cõ
tinentis dicit capiatur mellilotum ⁊ in
aqua ponatur ⁊ bulliat donec diſſoluat
⁊ miſceatur cum farina fenugreci ⁊ cum
aliqua pinguedine vt anatis vel galline
⁊ in foꝛma emplaſtri redigatur. Siringel
lus vtebatur hoc remedio videlicet capia
tur ſuber qȯ ponitur in ſolis pianelaruꝫ
de quo ſupꝛadictum eſt cõburatur ⁊ pul
uerizetur ⁊ cum aliquo oleo appꝛopꝛia-
to vt de ſemine lini vel vitello oui empla

ſtretur hoc enim maxime iuuat in miti-
gatione doloꝛis. Joan. mattheus gradi
vtebatur limatijs que ſunt naturaliter
ſine teſta decoquantur in oleo violato ⁊
contundantur: deinde cum farina ſe. li-
ni vel fenugreci fiat emplaſtrum bene in
coꝛpoꝛando. Et etiam vnum ſingulare ⁊
expertum remedium a me. ſ. facere vt in-
firmus ſedeat in balneo anodino quod
remittat acuitatem: videlicet faciēdo de
coctionē maluarum vio. matrum viola-
rum melliloti fenugreci camomille folio
rum altee floꝛum taſſi barbaſſi ſeminis
lini in q̄ decoctiōe ſedeat infirmus. ⁊ vbi
ſedere nō poſſet fiat epithima cū pannis
lineis madefactis in dicta decoctione ⁊
loco dolenti applicatis ⁊ miſceātur etiā
floꝛes nenufaris ſtipita papaueris al. ſe
men eius ⁊ coꝛtices ſemen iuſquiami. cō
fidens in virtute diſcretiua conſequitur
intentionem mitigationis doloꝛis. Qn̄
autem iſta non ſufficiunt ad ſtupe. deue-
nieudum eſt quoꝛum vſualia ſunt pꝛimo
ſuppoſitoꝛium ex filonio ro. cū coto vel
ponendo moꝛe emplaſtri ſupꝛa locum. vꝫ
etiam athanaſia Nicolai. vꝫ etiam hoc
emplaſtrum. ℞. vnguenti populeonis.
ʒ. j. vitellum oui vnum opij. ʒ. ſ. vel vſqꝫ
ad. ʒ. ij. croci parum ſimul miſceantur ⁊
in foꝛma emplaſtri redigantur. mitigat
n. doloꝛem ſed non fiat niſi in intenſiſſi-
mo doloꝛe. Si aūt iſta nō ſufficiunt opꝫ
hemoꝛoidas aperire faciendo fluere ſan-
guinem: quia euacuatio ſanguine ceſſa-
bit doloꝛ. Aperimus aūt cum diuerſis in
genijs. Pꝛimo cum fricatione cum re aſ-
pera poꝛos dilatante vt cum folijs ficus
etiam cuꝫ paritaria ⁊ ſi eſt tp̄s hiemis ita
ꝙ folia non inueniantur pannus aſper
accipiatur fricando cū hoc donec locus
aperiatur. Et opoꝛtet nōnunq̄ ad foꝛtio
ra deuenire vt ſi ſumatur pulpa coloquin
tide ⁊ infundatur in oleo amigdalarum
amararum ⁊ applicetur. aperit enim in
quinqꝫ hoꝛarum ſpatio. Ad hanc etiam
intentionē laudat Aui. ſtercus columbi
num cum ſaxifragia. ſuccus cepe etiā ſin
gulariter vꝫ vt. ſ. ſuccus extrahatur ⁊ lo
co applicet: facit. n. ad aperitionē eſt eniꝫ
ſua acredine vlceratiuū. vꝫ. etiam fel vac
cinum. radix etiā ciclaminis vel ſuccus
eius. pꝛactici etiā qn̄qꝫ applicant ſangui
ſugas nō venenoſas. ⁊ pꝛimo inungunt
locum cum ſanguine galline vel colum-
be vt ſanguiſuge loco adhereāt. q2 q̄ pꝛi
mum ſanguiſuge deguſtant figuntur et
ſugunt ipſum vſq̄ replentur ⁊ tumefiunt
⁊ ita foꝛtiter qn̄qꝫ adherēt ꝙ vix p̄nt euel
li. ⁊ vt euellantur accipiatur de cinere ⁊
ſupꝛa caput earū ſpargatur quia ſubito
cinere percepto ſeparantur. quas capi-
mus ⁊ ponimus in vaſe vt ſanguinē quē
ſuxerūt euomant. ⁊ vt euomant vtimur
hoc ingenio. ſ. ponendo ſal ſuper eas et
ſtatim euomunt totum ſanguinem. De-
inde ſi iterū indigemus ſanguinis extra
ctione iterum eas applicamus faciendo
vt ſupꝛa. Si aūt non habebimus ſangui
ſugas tūc extrahemus ſan. cum flobo. ſꝫ
hoc vitare debemus quantum poſſibile
eſt pꝛopter difficultatem cōſolidationis.
q̄d ſi ex neceſſitate fiat conſolidemus cō
ſiderata quantitate ſanguinis extracti.
Aliq̄n etiam non ſtat doloꝛ nec ſunt con
ſuete fluere nec eger eſt cōſuetus pati ta-
lem fluxum ſed ſibi diſplicet talis tumoꝛ
vnde vellet eas remouere q̄uis ſit can̄. ſu
pꝛaſcriptus ꝙ ſi non eſt doloꝛ nec ap̄a nō
debent curari. Si etiam eſſet conſuetus
pati talem fluxum non reſtringatur nec
exiccetur. ſed pur qn̄ volumꝰ exiccare eſt
quando non ſunt ſolite fluere aliter non
tamen ſm̄ Aui. ſi per interius ſumantur
de galbano. ʒ. ij. tribus vicibus exiccat
⁊ hoc expertus eſt Matthꝰ gradi in quo
dam ⁊ bene ei ſucceſſit. ⁊ ſicut dicit Aui.
valet etiam ad idem puluis antimonij
pꝛo quo vide Auicen. ſecundo can̄. ⁊ ap
plicatur per exterius. Item per exterius
vꝫ epithima factuꝫ ex decoctione ſiliqua
rum. i. charabe. Item cum aqua piſcium
ſalitoꝛum vel capita piſcium cum modi
co caſei ſalſi apponantur ſupꝛa locum.
anacardi fructus quidam a pꝛopꝛietate
valent ⁊ applicantur hoc modo incidan
tur dicti anacardi ⁊ ex eis locus fricetur
⁊ quidam ponunt eos ſupꝛa pꝛunas et
cum emboto quod eſt inſtrumētum quod
dam faciunt ne recipiatur fumus ita ꝙ
habeatur ſcutella in qua ſit cinis ⁊ pꝛu
ne ignis in q̄ ponant de anacardis de-
inde cooperiat ſcutella emboto ⁊ totus

tumns recipiatur ⁊ bene ingrediatur he
moroidas.valent etiam folia ſerpētarie
⁊ hoc a propietate vt dicit Nicolus.ra-
dix etiam ſerpentaria oleum ſerpentarie
⁊ cineres eorū ⁊ cortices multum valent
vel ſtringantur hemoroides cum capil-
lis caude equi vel ſerico paulatine a pri
cipio ſtringendo et in pceſſu magis ſtrin
hendo ⁊ tales vene ſtringantur et paula
tine exiccentur:quare ⁊c.

Cura exitus ani.

PRo cura exit⁹ ani primo oꝫ
conſiderare ſi cuꝫ humidita
te cōplicetur caliditas ſi nō
ſtat intentio calefactionis et
exiccatiōis ⁊ in hoc caſu po
nit Raſis remedium ſingulariſſimum.⁊
ita dicit Nicolus ego ſoleo hoc facere.
ex ſucco hipochiſtidos ⁊ acatie fiat pul
uis ⁊ ex puluere iſto etiam ego vtor. Mo
dus aūt applicari eſt ꝙ quando infirm⁹
vadit ad aſſellam ⁊ inteſtinū ē groſſum
videndum eſt ſi eſt inflammatuꝫ ⁊ rubeū
ſi ſic lauam⁹ ipſum cum aqua or.vel zu-
chari.ſi vero non lauamus ipſum cū vi-
no rubeo vel etiam cum decoctione ba-
lauſtiarum corticum granatorum ⁊ alia
rum rerum ſtipticarum ⁊ hoc vbi non ſit
caliditas.poſtea inungere cū oleo roſ.et
inde aſpergimus ex puluere ſtiptico de-
inde intromittat ⁊ quieſcat cum coxis
eleuatis ⁊ ſtrictis.Et hoc opꝫ facere feci
bus emiſſis.Quidam laudāt roſas con
tritas facta lotione inteſtini ⁊ inunctio-
ne ex oleo roſ.mirtilorum citoniorū. Si
militer valet puluis turis vel ſandarace
Forte aūt remedium in exiccando eſt ſco
ria ferri poſita ſupra inteſtina vel vinum
decoctionis eius eſt enim multum ſtipti
cum quando inteſtinum non eſt inflam
matum vtimur ſupraſcriptis. Sunt etiā
remedia valētia quando eſt inflāmatum
que tu deſcernas.Ubi ergo ſit inflāma-
tum inungimus ex oleis et vnguentis
frigidis.et ſic vt cum oleo citonio. roſa-
to.vnguentum etiam ſandalinū eſt ſin-
gulariſſimum et vſuale et facta prius
lotione ⁊ hoc quando eſt humiditas la
xans.Et nota.ꝙ Raſis tacuit debitum
regimen in medicinalibus ⁊ in ſex reb⁹
non naturalibus que omnia requirun-
tur ad curā vltra localia ⁊ ratio eſt quia
in cura paraliſis fuit ſufficienter dictūꝫ
in cura enim relaxationis oportet regi-
men eſſe cali.⁊ ſic.oportet etiam digere-
re materiam flegmaticam ⁊ eam euacua
re:poſtea malam complexionem remoue
re ⁊ confortare. Si vo eſt apa intentio
eſt remouere materiam apoſtematis ⁊ fa
cere decoctionem ex reb⁹ anodinis vt ex
camomilla malua altea ſemine lini ſe.fe
nugreci ⁊ applicentur ſupra inteſtinum
apoſtematum.laudatur etiam aqua ca-
lida intelligēdo de apoſtemate facto vt
ponit Raſis non autem de fiente qꝛ tunc
ſtant alie intentiōes Qꝛ ſi eſt materia ad
mixta ſanguini tunc primo diuertim⁹ a
principio cum flo. Si vero ſit a ſan. di-
uertimus cum ventoſis vel vomitu. Iteꝫ
repercutiēdo.ſ.faciēdo epithima ex aqua
roſa.plantagi.⁊c.Quādo vero eſt factū
reſoluimus cum decoctione dicta ⁊ ap-
plicentur panni vel ſpongia in dicta de-
ctione madefacti. fiat etiam inunctio cū
oleo camomillino ⁊ fiant reliqua puta
fomentationes emplaſtra balnea vnctio
nes vaporationes que omnia habeant
reſoluere materiam:⁊ hanc intentionem
tetigit Raſis.poſtea intromittatur inte
ſtinū et curetur vt dictum eſt ſupra ablu-
do inungendo ⁊ imponendo illa ſtiptica
ſtet etiam eger cum coxis eleuatis poſt re
media applicata quia erit ſitus ſatis cō
ueniens.quare ⁊c.

Cura exitus matricis.

IN cura exitus matricis etiā
conſiderare oportet vtruꝫ ſit
apoſtema vel non .et vtrum
ſit mollis vel tractabilis qꝛ
tunc eſt materia humida re-
laxans ⁊ tunc facta lotione aſpergat cū
puluere ſtip. dicto in alia cura ſcilicet de
exitu ani et intromittatur. Aliquando
enim non poteſt ingredi et Aliquando

tota ingreditur vt dicit Auicen. ⁊ putrefit. Et ego vidi mulierem habentem matricem inter coxas pẽdentẽ ⁊ putrefactã cui abſciſa fuit ⁊ adhuc illa per plures annos vixit. preterea tempore peſtis Papie mortua eſt. Practici et applicant ꝑ inferius prauos odores ⁊ ſuffumigãt vt faciendo fumigium ex pennis perdicum ⁊ facere vt fumum recipiant quãdo ſentiunt matricis deſcenſum. capiunt etiaꝫ aſſam fetidã ⁊ ponũt ſupra carbones ignitos ponendo egram in cathedra perforata: qua poſita ſupra carbones recipiant fumum. item caſtoreum quod habet terribilem odorem. contundũt etiã folia vrtice ⁊ ſuperponunt matrici. ſimiliter matricariam quam criſpulam vocant miſcẽdo cum oleo de ſemine lini ponunt etiaꝫ ouum corruptũ ſub gallina fouente oua cum quo intingunt lanam ⁊ matrix fugiens prauos odores petit partes ſuperiores. ſi etiã teneat patiẽs apõ nares bonos odores iuuat quia matrix percipiẽs eos inſequitur ⁊ conſequenter magis conatur ad aſcendendum ſed ſi iſta non ſufficiunt habeatur optima obſtetrix q̃ intromittat matricẽ poſtea coxe eleuentur ⁊ in hoc ſitu ſtet. vel ſi fiat inſtrumentuꝫ ſicut virga virilis ⁊ imponat̃ inunctum facta tamen prius lotione vini. ru. ſtipti. gallarũ hipochiſtidos cum balauſtijs et floribus granatorum ⁊ inungere cũ oleo de cito. vel mirtino. poſtea cum pulueribus aſpergendo vel accipiendo ſtupas infuſas in albumine oui cũ pulueribus ⁊ alijs predictis et cum boloarme. ſan. draconis. ante ⁊ retro ⁊ in ſitu debito ſituetur. Si ſit apoſtema conſideremus tẽpus apoſtematis. in principio ꝓcedimꝰ cum repercuſſiuis. in augmento miſcemꝰ reſolutiua cum repercuſſiuis: repercuſſiuis dominantibus in ſtatu repercuſſiua cum reſolutiuis ſed reſolutiuis dominãtibus in declinatiõe pure vtemur reſolutiuis ⁊ cõſolidatiuis poſtea intromittatur et fiat vt dictum eſt de exitu inteſtini. quare ⁊c.

¶ Cura ſuperflui fluxus menſtruorum.

IN cura huiꝰ egritudinis ſũt due oſeruande intentiones. prima eſt abſciſio cauſe. ſecũda eſt retentio ſanguinis fluentis.

¶ In prima intentione oportet conſiderare ſi proueniat ex ſang. abundantia ⁊ tunc oportet remouere cum flobo. ⁊ dieta tenui prohibendo comeſtionem rerum ſan. multiplicantium vt oua vinum carnes. ⁊c. Si vero proueniat ex ſang. ſubtilitate ⁊ colericitate: tunc oportet coleraꝫ digerere vt cum ſiru. ro. de ſucco acetoſe de ribes de granatis cuꝫ aqua plan. acetoſe portulace ⁊ ro. euacuando poſtea cũ mirabolanis citri. q̊ vltra hocq̢ euacuãt etiam infrigidant facta euacuatione opꝫ alterare malam compleẋionem cum ſupradictis vt cũ ſiru. ro. tro. de ro. cũ diarodõ cum epithimatibus vt cuꝫ aqua ro. plã. cum oleis ⁊ emplaſtris infrigidantibus. Si ſit ex nimia aquoſitate humor flegmaticus digeratur cuꝫ melle ro. et aqua abſynthij euacuando poſtea cum mirabolanis chebulis deide remoueatur mala completio cum contrarijs. Si ſit a caſu ſtat intentio cõſolidationis. Si ab vlceribus due ſunt intentiones ſcilicet abſterſio et conſolidatio pro quibus ſiẽdis vide dicta in de mictu ſaniei.

¶ Secunda intentio principalis eſt retẽtio ſan. fluentis que duobus perficit̃ ingenijs ſcilicet diuerſione ſan. per aliam viam et reſtrictione viarum per quas fluit ſanguis

¶ In primo ingenio laudatur flo. baſilĩce oportet etiam applicare ventoſas ſub mamillis quia multum diuertunt a matrice vt habet Hipp. quita ꝑticula affor. Mulieris menſtrua ſi vis retinere: ſit hĩ am maiorem mammillis appone: etiam cuꝫ ligaturis doloroſis ⁊ ipõne extremitatum in aqua cali. ſꝫ ille vẽtoſe ſunt multum vſuales mane ⁊ ſero apponãtur ante cibum. fricationes etiaꝫ ventoſe in brachijs multum valent.

¶ Secundum ingenium quod eſt conſtrictio aquarũ per quas fluit ſan. ꝑficitur cum his que exhibentur per ſuperius

⁊ inferius interius ⁊ exterius. Per inte
rius cũ ſiru. conſtrictiuis vt cũ ſiru. roſ.
mirtino de cito. de granatis cum aquis
ſolatri plan. ⁊ acetoſe. Et de aqua plan.
dicit Auic. ꝙ ipſa nõ habet ſibiſimile in
retinendo huiuſmodi fluxũ. Ualent etiã
ad hanc intentionem trociſ. de charabe
⁊ ſunt multum vſuales exhibendo. ℈. ij.
vel. ʒ. ſ. cum ſiru. predictis valẽt etiã tro.
de ſpodio cum ſe. acetoſe. troſciſ. etiã de
terra ſigillata exhibẽdo de quolibet illo
rum. ʒ. ſ. cum ſiru. vel aqua plan. item co
ralli ru. a. ℈. ij. vſq; ad. ʒ. ſ. vľ exhibere tã
tundem de lapide ematitis cũ aqua ap-
propriata. electuariũ etiam de ſcoria fer
ri eſt multum vſuale. etiam trifera ex ar
te fenonis quam laudat Auic. vꝫ etiam
multũ confectio vltimi iuuamẽti iſto mo
do appellata quam multũ laudat Auic.
Et nota ꝙ iſta intentio reſtrictionis eſt
a principio ponendo in actu practico qꝛ
ſi multum differamus natura poſtea aſ-
ſuefacta per illam viã difficulter remo-
uetur ab illa. ſcoria ferri etiam eſt ſingu
lariſſima ⁊ experta. Suppoſitoria etiaꝫ
multum conueniunt. ⁊ ſic Raſis laudat
vnum in littera ꝙ cũ lana vel coto debꝫ
imponi intinctũ in aqua vel ſucco plan.
ponendo de olibano balauſtijs antimo-
nio acatia alumine. etiam ſedeat patiẽs
in aqua de curcuma quaꝫ quidã dicunt
eſſe celidoniã quidã vero aliud. Quãdo
cauſa eſt ſan. aquoſitas opꝫ eam remo-
uere cum exiccantibus. ⁊ ideo conuenit
balneum rerũ ſtip. vt ex roſis corticibus
granatorum ponendo in dicta decoctio
ne plãtas pedis vſq; ad genua vľ in ipã
madefacere pãnos lineos ⁊ ponere ipos
in regiõib⁹ matricis ante ⁊ retro. vnctio
nes etiam conſtringentes conueniũt vt
vnguentum ſandalinum de anthera vel
cõitiſſe ⁊ ex iſtis fiat inunctio ſupra dor
ſum vbi eſt ſitus matricis ⁊ venter inũ-
gatur ex oleo mirtino de cito. poſtea aſp
gimus de pul. rerũ ſtip. vt de pul. boliar.
ſang. dra. terre ſigillate corticum grana
torum gallarum balauſtiarum roſarum
⁊c. Per inferius vero ponantur ſuppoſi
toria ex lana vel coto intincta in ſucco
plãta. ſolatri vel aquis earũ ⁊ aqua ro.
ponendo de terra ſigillata boloar. ⁊ cũ
aquis frig. ⁊ alijs pulueribus predictis
conueniunt etiam cliſteria cũ aqua plã.
boloar ſan. dra. cliſterizando matricem
Quod ſi iſta non ſufficiunt tandem de-
ueniendum eſt ad ſtupefactiua vt dando
athanaſie Nicolai. ʒ. ſ. vel filonij perſici
ʒ. ſ. cauſa conſtringendi ⁊ eſt fiendum in
caſu deſperato vt virtus confortetur: de
inde procedimus cuꝫ diuerſis remedijs.
Raſis docuit ꝙ fiat peſſarium acutum
quod cauterizat ⁊ generat eſcaram ſed
non laudatur nec eſt vſuale ſit ſolum in
caſu deſperato: quare ⁊c.

¶ Cura retentionis menſtruorum.

Quando in corpore mulie-
ris nõ eſt ſanguis ſuꝑfluus
tunc ſi per mẽſtrua nõ emit
tatur non eſt mirandũ quia
natura intendit corpus re-
ſtaurare vt multotiens accidit in mulie-
ribus cũ patiũtur egritudines vel fe. cro
nicas qꝛ tunc natura intendit illum ſan
guinem retinere pro corporis conſerua-
tione ⁊ reſtauratione: ⁊ ita tunc ſang. nõ
ſuperfluit nec ꝑ menſtrua emittitur: vn-
de tunc prouocari nõ poteſt ſicut accidit
cuidã ſcholari nouiter practicãti cũ vel
let menſtrua prouocare in quadam mu-
liere extenuata ex quartana quã longo
tempore paſſa fuerat vnde nunq̃ potuit
quare miſit ad me mulierem qui eam vi
dens dixi nũquã poſſe prouocari donec
mulier eſſet bñ reſtaurata. Nota ꝙ tro-
ciſci quos Raſis in littera deſcribit ſunt
vſuales ⁊ eis practici cõiter vtuntur ⁊ te
nentur cõfecti ⁊ multũ valent in prouo-
cationę fetus ⁊ menſtruorum etiã ad iu-
uandũ exitum ⁊ dentur cum decoctione
iuniperi de quo dicit Dioſ. ꝙ tantũ pro-
uocat ꝙ facit ſan. mingere. Cura huius
egritudinis reducitur ad duas principa
les intentiones. prima eſt abſciſſio cauſe
retentionis. ſecunda eſt facilitatio exit⁹
ſiue prouocatio.
¶ Prima intentio ſic perficitur. nam ſi
cauſa ſit ex ꝑte fortitudinis caloris ſeu

virtutis ꝙ talia menſtrua retineantur
non debent prouocari quia calor/eſt ſuf
ficiens ad conſumēdum tales ſuperflui
tates ſicut accidit in mulierib⁹ que ſunt
viragines ⁊ vtentibus fortibus exerci
tijs. Si vero ex debilitate virtutis opꝫ
bonum cibum ex bibere vt vinuꝫ oua ſor
bilia carnes ⁊ ſimilia ſan. generantia ⁊
reſtaurantia virtutem ⁊ non oportet pro
uocare. ſed vt ſupra dicebatur oportet ex
pectare diſpoſitionem in qua reducta ſit
natura ad ſuā naturalem diſpoſitioneꝫ:
qua reducta ſi remaneat ſopita: tunc oꝫ
eam adiuuare ⁊ prouocare. Si vero fue
rit propter materiam oppillantē flegma
ticam ſicut plurimum contingit opꝫ eā
digerere cum ſirupo de biſantijs de dua
bus radicibus ⁊ quinqꝫ radicibus cum
aq̄s apij feniculi cuſcute. poſtea ꝯo eua
cuamus. ⁊ de ſolemnibus euacuatiuis
eſt agar. qꝛ mundificat materiā flegmati
cam ⁊ maxime a matricibus mulierum
⁊ eſt ſingulare. In hoc caſu euacuamus
etiaꝫ cū elio indo cū diafenicone: deinde
oportet alterare ⁊ malam complexionē
remouere ne iterum reaggregetur mate
ria confortando ſtomachū ⁊ epar cū in
unctionibus ⁊ cōfectionibus in alijs lo
cis proprijs iam dictis. Si vero ex par
te organi oportet cognoſcere cauſaꝫ. Si
fuerit propter materiā flegmaticam op
pilantē ⁊ tūc digerimus deinde euacua
mus diuertendo ad inteſtina vt dādo ſe
mel in hebdomoda pillulas maſticinas
cum aga. vel de hiere. s. cuꝫ agar. vel de
hiera magna cū aga. ⁊ cum iſtis taliter
diuertimus mām ad inteſtina ne ampli⁹
reaggregetur in matrice: ⁊ tūc diſponim⁹
regimē declinās ad cal. ⁊ ſic. Si vero ab
apoſtemate proueniat curetur cura apa
tis vt ſupradictum eſt. Si autē ab vlcere
cura eſt impoſſibilis ſed ordinetur regi
men ⁊ non multum comedat ⁊ exercite
tur ⁊ eūemus ſan. per flobotomiam fre
quenter vt ſan. qui debat ꝑ inteſtina flue
re reſoluatur hoc regimine vel eūetur hac
eūone per illas vias. Si cā ſit nimia pin
guedo curetur cū forti exercitio tolleran
tia famis ⁊ cum alijs reſoluentibus.

¶ Scōa intentio principalis eſt prouo
catio menſtruorum que fit cum illis que
per ſuperius ⁊ inferius adminiſtrantur.
De his que ꝑ ſuperius ſunt oēs ſirupi ⁊
aque aperitiue vt eſt ſiru. de biſantijs de
duabus radicib⁹ ⁊ de quinqꝫ radicibus
cū aquis apij feniculi cuſcute. Decoctio
etiam cōis quinqꝫ radicū ſola conuenit
ſcilꝫ petroſilij bruſchi feni. ſparagi apij
⁊ hoc eſt expertum a mulieribus maxie
monialibus abſtinētibus a coitu. admi
ſcetur etiā de ſauina parua q̄ eſt maxime
prouocatiua. cōuenit etiā decoctio facta
ex pulegio calamento mentaſtro ⁊ orga
no. conuenit ēt decoctio cicerū ru. faſeo
lorum vel ex rubea tinctorū que eſt mul
tum prouocatiua ⁊ damus de huiuſmo
di decoctione. ℥. v. vel. vj. in mane ⁊ debꝫ
prohiberi cal. ⁊ cū ſir. de duab⁹ radi. da
mus tro. deſcriptos in littera a Raſi. ⁊
cōmuniter damus de huiuſmodi tro. ℥.
j. vel. ℈. iiij. ſed hn̄t odorē valde prauum:
ſed in forma pillulari melius capiūtur.
caſſia lignea eſt maxime prouocatiua. Et
eius cortex. cinamomum etiam ⁊ crocus
multū prouocāt ponēdo in ſcutella bro
dij maxime cicerū vel faſeolorum rub. in
aqua decoctionis ſit radix apij. poſtea
ponendo crocū. ⁊ de iſtis oībus pulueri
bus poſſum⁹ dare. ʒ. ſ. vel caſſie lignee ſo
lum. ʒ. ſ. Et Joā. mathe⁹. gradi dicit ca
piatur caſſia lig. portax gummi quoddaꝫ
quo vtuntur aurifices ad cōſolidandū au
rum. ⁊ de iſtis cū aqua apij vel decoctio
ne ſauine detur in potu. Doſis aūt iſtoruꝫ
pulueriſatoꝝ ſit. ʒ. ſ. Ualet etiā ſedere
in balneo decoctionis rerū prouocatiua
rum menſtruoꝝ. ⁊ qn̄ volumus ꝓuocare
opꝫ expectare tp̄s in quo nō ſit cōſueta
illū ſang. expellere ⁊ tūc fiat decoctio ex
rebus dictis vel applicentur alia dicta
bis in die. ſ. mane ante prādiū ⁊ an̄ cenā
prouocam⁹. Et cū fortibus fricationib⁹.
fricetur ergo venter ⁊ coxe quia attrahit ad
matricē ſang. Et cū appoſitione ventoſa
rum. ⁊ ſic practici faciūt. applicāt eñi vē
toſas in pte domeſtica coxarū vl' ſub cur
uatura poplitis. i. genu: qꝛ ibi eſt vena q̄
reſpicit matricē laudatur etiā ſflobotomia
ſaphene q̄ eſt ſingularis in hac prouoca
tione. Sed aliqñ ſang. eſt fluxus ad ma

tricem τ vene matricis ſunt clauſe: vnde
opus eſt tunc ponere in matrice aliquid
quod aperiat orificia venarum cum ve-
ne ſint clauſe vt ſan. nõ poſſit egredi ideo
eſt herba que appellaꝰ mercurialis que
ſi capiatur τ contundatur vel ſubtiliter
incidatur τ ligetur in petia lini τ pona-
tur ad intra matricē in nocte aperit ori
ficia venarum. τ debet hec petia poni cū
filo appenſa vt poſſit libere extrahi. Ali
ud etiā ſingulare qđ laudat Jo. mat. eſt
farina git quod apud vulgares appella
tur giton τ eſt granū nigrum τ rotundū
quod naſcitur in frumento contundaꝰ ſi
ue teratur τ ligetur in panno lini ſubtili
τ ponaꝰ vt ſupra τ mirabiliter operatur
Metridatum etiā vʒ cū maſtice vt cape
re metridati. ʒ. ſ. maſticis. ℈. ſ. τ ſuperpo-
natur. Et lʒ maſtix ſit ſtipticus tñ eſt at-
tractiuus: vñ ſi retineatur in ore mirabi
liter attrahit flegma a capite. Si fortio-
ra volumus habemus quaſdam gummi
ſpẽs vt galbanum ſerapinū opponacum
euforbiū de quo dicit Aui. in. c. de prefo-
catione: ꝙ ꝓuocat in illa hora qua ſumi
tur. Et coloquintida eleborus ſcamonea
ciclamen ſi mulier trãſeat ſuper ea ꝓuo-
cat mẽſtrua mirabiliter. fiant ergo ex eis
ſuppoſitoria alligata filo. τ aliqñ trahi
tur ad matricē tanta materia ꝙ vir ꝑ mē
ſem non põt coire. Et ſi iſta ſuppoſitoria
faciunt ardorem maximū ſicut ſepe con-
tingit ita vt mulieres blaſphemant me-
dicū madefaciãt pãnos lini in aqua ro.
τ albumine oui oleo violato ro. τ lacte τ
ſupponatur. τ ſi opus fuerit remouebi-
tur ardor cum predictis etiam cum litar
girio: quare τc.

¶ Cura prefocationis matricis.

IN cura prefocationis matri
cis prima intentio eſt cõuer-
tere vapores que eleuantur
ad ſuperiora ad partes infe-
riores τ prohibere ne alij va
pores aſcendant. τ hoc pluribus modis
Primus vt dicit Raſis fricentur extre-
ma inferiora. Scđs eſt vt ēt dicit ꝙ fiant
ligature fortes τ ſic faciunt practici ligã
tes crura τ coxas τ dimittunt ligata ali
quanto tempore. Tertio fit cum ventoſis
ponēdo circa partes inferiores. ſ. partes
domeſticas coxarū τ in carnoſitate tibia
rum vel ſupra ſumen. Et ſi illa non ſuffi-
ciunt fiat flobotomia in ſaphena pedis
quia attrahitur ſan. τ materie ad inferio
ra. laudatur etiam flobotomia ſub popli
te id eſt genu. ſed oportet primo cauſam
diuertere ſi eſt ex retentione menſtruorū
τ non ex ſpermate corrupto per retentio-
nem: quia ſi ex ſpermate corrupto: tunc
traheremus illud ſperma corruptum ad
intra venas per talem flobotomiā quia
non eſſet fienda. diuertimus etiam vapo
res cum rebus odoriferis applicatis in-
tra. Et ita Aui. laudauit galliam. ſcili-
cet muſcatam in qua ingreditur gallia
τ muſcus etiam elefanginam quoniam
vapores ad iſta conuertuntur. accipiatur
etiam muſcus ambra gari. cinnamomū
incorporando cum ſtorace liquida τ fi-
ant pillule ad modum lupinorum qua-
rum vna ponatur ſupra ignem vt effu-
met: deinde egra ponatur ad ſedendū in
cathedra perforata τ recipiat huiuſmo-
di fumum. accipiunt etiā practici de oleo
de lilio hirino laurino τ de muſco diſſol
uendo in eis de gallia τ iniiciunt in ma
tricem τ faciunt vt obſtetrix experta in-
tingat digitum medium in hoc liquore
deinde imponat in matricem τ circunuo
luendo ducat hincinde cauſando quan
dam titillationem: vnde matrix commo
uetur ad appetitum coeundi τ percipit
delectationem. τ per hoc quandoꝗ; poſt
tur quod egredittur ſperma corruptum.
Etiã ad idem valet quoddam ſimplex
quod dicitur vulgari ſermone zibet vel
zebet quod applicatur eodē modo ſicut
ſupradictum eſt: de quo ſemel vſus fui in
muliere quadam patiente prefocationē
cui cauſauit tantum appetitū coeundi ꝙ
quaſi continue volebat marito ſuo copu
lari deinde rogauit me ſibi velle talē ap
petitum remouere. dixi ꝙ ex ſe remoue-
bitur poſt aliquot dies. Et nota ꝙ ſi vir
quando vult vti cum muliere ponat in
ſummitate virge de dicto zibet τ ſubito
vtatur cãbit in eo maximã delectationē.
Per ſuperius vero cõueniunt ea que ma
lum habent odorē: q2 in ſurſum cõuertũ-
tur fumi vel mãẽ: iđ oꝫ eos reprimere: in

ter que eſt aſſa fetida que ponat̃ ſub naribus etiã caſtoreum eſt ſingulare. ſimiliter ſerapinum ⁊ galbanũ ſi ponantur ſupra carbones ignitos vel ponantur ad nares. tenere etiam in ore radicem zedoarie confert. mulieres capiunt ſotulares ⁊ comburunt in igne ⁊ ponũt in oleo de ſemine lini ⁊ recipiunt fumum. ⁊ iſtud eſt corij combuſti. fumus enim iſte fugat ſerpentes viuos vt vidi in vno exiſtente in hoſpitali Papie qui habebat viperam in ſtomacho cui fecerunt multa remedia vt eam expellerent. ſcꝫ ponẽdo lac ad os ⁊ multa alia: veniebat enim ad os ⁊ nolebat egredi. tandem factis fiendis eger fuit ſuffumigatus ex tali fumo ⁊ ſtatim vipera viſa eſt egredi per anum. fumus etiam pennarum precipue perdicis combuſtarum conuenit ⁊ ſic releuamus egrã a peroxyſmo prefocationis: ⁊ qꝛ tunc oꝫ in abſciſione cauſe inſiſtere euforbiuꝫ eſt multum prouocatiuum vt ſupradictum eſt hoc etiã medicamen poteſt exhiberi. ℞. ſeminis agni caſti ſeminis dauci cinnamomi croci añ. ℈. ß. fiat puluis ſubtilis ⁊ ſumatur cuꝫ aqua infraſcripta. ℞. aquarum nepite arthemiſie ⁊ bugl. añ. ℥. j. miſce. Si vero ex ſpermate retẽto fiat ⁊ ſit puella vel non conſueta viro vel vidua: tunc debemus dare maritum ſi eſt poſſibile. Si vero non vellet nubi vel eſſet monialis flobotomemus ſepe eam et faciamus eam ieiunare ⁊ fortiter exerceri. dimittat etiam carnes oua ⁊ vinum vtatur ſemine ⁊ folijs agni caſti ruta cimino dauco. Secretum Jo. marliani qđ exiccat ſperma. ℞. dauci ℥. ſ. diſſoluatur cum aqua arthemiſie ⁊ bibatur. Auicẽ. etiã laudat vinum ſimplex quod dicitur alſoſor. ⁊ dicit cum ſumitur eſt ſanitas in eo quare ⁊c.

¶ Cura ragadiarum vulue ⁊ eius apoſtematis.

NOta ꝙ peſſarium dicitur cliſtere matricis: naſcale vero dicitur ſuppoſitoriũ eius. ſꝫ aliqñ cõfundunt̃. iſopi cerotũ eſt iſopus humida ⁊ eſt ſordities quaſi ſudor accepta a pellibꝰ ouiũ qđ cerotum eſt ſublime in mollificando: ⁊ ideo applicatum ſuper illas ſciſſuras que maximum cauſant dolorẽ ſoluendo continuum eſt ſingulariſſimũ. ¶ Quãtũ vero ad curã apãtis. iſtud apã aliquãdo terminat̃ per reſolutionem: aliquãdo cõuertitur ad dubleti. i. collectionem ⁊ ſaniem: etiã qꝛ multotiẽs generãtur in matrice apãta melãcolica cãceroſa: ideo cõmuniter practici vtunt̃ vnguento de plũbo ad extrahendum aduſtionem. capiuntur enim liquores diuerſi maxime illi deſcripti a Raſi in littera vꝫ cãphora ſandali ⁊ alia frigida bene piſtent̃ in mortario plumbeo cũ piſtello plumbeo. ⁊ iſtud applicatur apãti cãceroſo. Empl̃m etiã de melliloto vꝫ in omnibus apãtibus interioribus: ⁊ diſſoluatur hoc emplaſtrum cũ aliquo oleo vt cum oleo de ſemine lini: ſedat enim dolorem ⁊ mundificat. Et no. ꝙ in cancro confirmato non oportet vti acutis ſed blanditiuis: qꝛ ſi cum acutis procederemus: tunc materia magis adureret. procedendum eſt ergo cũ aqua vel ſucco ſolatri ⁊ plan. oleo vio. ro. mucilagine pſilij vnguento de ceruſa de plũbo. ¶ Pro cura etiã ragadiarum conueniunt roſe oleum camomillinum de ſemine lini violatum roſ. vt dictũ eſt ſupra emplaſtrum de plumbo diſſoluto cum oleo de ſemine lini linitum vel cliſterizatum vꝫ ad omnia apãta iteriora. vꝫ ẽt balneũ anodinum in quo ſedeat. vꝫ etiã ſupporatio vel ſuffumigatio. debent ergo iſte ragadie primo abſtergi deinde cõſolidari: niſi ſint canceroſe quare ⁊c.

¶ Cura mole matricis.

CUra mole matricis eſt cura retentionis menſtruoruꝫ ita ꝙ procedere debemus cum hiſque prouocant menſtrua vt cum decoctione calamenti radicum pulegij corticum caſſiefiſtu. ⁊ ſimilibus prouocantibus menſtrua. Si ergo ꝓuenerit a ventoſitate ⁊ non ab aliquo ſan. retento nec carne generata fiat decoctio de ſeminibus ⁊ ea que diximus in. c. de colica ventoſa. vꝫ enim reſoluendo ventoſitatem diaciminum dianiſum

diagalanga electuarium de baccis lau
ri. fiant etiam peſaria ex mercuriali git.
vel ſi fortia volumus faciemus ex car
damomo oppoponaco euforbio. ſed ad
iſta fortia deueniendum eſt in vltimo
alijs iam probatis. Item inungendo ſun
dendo balneando cum his que habent
virtutem reſolutiuam inungendo vz cuz
oleo de balſamo. Item faciendo etiã peſ
ſarium de ruta mentaſtro de quibus di
ctum eſt in. c. de retentione menſtruorum
ꝛ cum mitridato maſtice ꝛc. ſemper a le
uioribus inchoando. Cõfert etiam ſepe
mundificare corpus patientis cum pillu
lis fetidis. ſed quando iſta non proſunt.
relinquatur nature: qꝛ ipſa ex ſe reſoluet
ſuperfluitates. Nota ꝙ ſicut generatur
hec mola in matrice ita etiam generant
alie res preter naturam vt teſtor me vidiſ
ſe in quadam muliere Papienſe que pu
tans eſſe pregnantẽ poſt. xij. menſes emi
ſit fruſtum vnum carnis ſatis magnum
ꝛ multa alia parua ꝛ ſimul cum illis pe
perit animal ad ſimilitudinem vnius
tenconis piſcis ꝛ erat coloris viridis ob
ſcuri ſupra tergum ꝛ infra erat rubei co
loris ꝛ habebat corium ita durum quod
vix cum gladio ſcindi poterat. habebat
enim motum ꝛ plicabat ſe ſicut ericius
quare ꝛc.

Cura hernie ſiue crepature.

Pro hac cura due ſunt inten
tiones notãde. Prima eſt re
ductio inteſtinorum ad ſituz
ſuum. Scõa eſt inteſtinorum
retentio in ſitu ſuo cõuenien
ti ꝛ conſolidatio rupti ſiue diſlocati.
¶ In prima intẽtione regimen debet eſſe
prohibitiuum vẽtoſitatis ꝛ nõ gñatiuũ
qꝛ ſi inteſtina deſcẽdunt tunc tumefiunt
ꝛ non pñt bene reingredi. reductio autez
inteſtinorum fit hoc mõ. iubent. n. practi
ci vt reſuppinet infirmus cũ coxis ſurſuz
eleuatis ꝛ ſi ex ipſis nõ ingrediant: tunc
opz cũ leui com[...]ſſione illa ad intra ſi
phac reducere. [...] non poſſumus pp̄ter
ventoſitatẽ reſiſtentẽ que eſt in inteſtinis
prohibẽs eorꝫ ingreſſum reſoluemus illã
ventoſitatem poſtea intromittamus. re
ſoluemus aũt cũ decoctiõe mellilotí ane
ti ſeminis lini fenugre. aniſi cimi. ſe. etiaz
carui cum ſpongia vaporando vel cũ ve
ſicis illa decoctione plenis ꝛ inungendo
cum oleo amigdalarum dul. camomilli
no ꝛ anetino vt mollificatis inteſtinis ꝛ
ſiphac melius ingrediantur ꝛ leuiter tre
ctando introducantur. eleuamus etiam
coxas infirmorꝫ ꝛ caput tenemus depreſ
ſum ſepius agitando cum cruribus ele
uatis vt melius ad ſitum ſuuz reducant.
¶ Scõa intentio eſt retẽtio inteſtinorum
in loco ſuo. retinemus aũt cũ ligatura de
bita cum bragerijs que comprimẽdo lo
cum cõprimant ne in inteſtina deſcendãt
aliqñ autem ad retinendum ꝛ conſolidã
dum ſola ligatura ſufficit maxime in in
fantibus qui habent virtutem reſtaurati
uam bonam. ꝛ in eis fit talis conſolida
tio. aliqñ indigemus medicaminibus. ꝛ
de eis ſunt quedã cerota vt eſt cerotum
Raſ. in littera etiam cerotum aliqđ vſua
le qđ dicit cerotũ de pelle arietis. ꝛ iſtud
tamen confectum aromatari de la ferene
la Papie in quo ingreditur ſan. huma
nus: Cuius deſcriptionem habes a Jo.
mat. gradi in quodam conſilio qđ facit
de ruptura ſiphac ꝛ eſt hoc. ℞. picis na
ualis. ℥. ij. litargirij. ℥. ſ. cere citrine ꝛ ru
bee colofonie añ. ℥. ij. aromatici oppopo
naci bdellij galbani añ. ℥. ſ. viſci querci
ni. ℥. iij. aloes. ℥. ſ. ß. maſticis corticũ thu
ris myrrhe terbentine nucis cupreſſi glu
tinis piſcium ſarcocolle añ. ℥. ſ. ß. boli ar
me. gipſi añ. ℥. iij. ariſtol. long. ꝛ rotun.
mumie ſangui. dra. añ. ℥. ij. radicum con
ſolide maioris ꝛ minoris añ. ℥. ſ. ſan. hu
mani. lib. ſ. cipiri ſanſuci acatie gallarũ
añ. ℥. ß. ſauine capitum granatarũ añ. ℥.
ß. Itẽ. ℞. pellem arietinam vnã ꝛ deco
que diu in aqua dulci pluuiali quouſqꝫ
pellis diſcoagulata ſit tũc mollifica vi
ſcum ꝛ gummas in dctã aqua pluuiali
ꝛ pone ad ignez quouſqꝫ oĩa bene diſcoa
gulata ſint deinde cola poſtea adde deſu
p pulverẽ oĩum aliarũ rerũ ꝛ iterũ reduc
ad ignẽ ꝛ coque quouſqꝫ ſit ad modum
empl̄i: poſtea ipſo vtere. ¶ Nota tñ pro
regula ꝙ ipſo appoſito nõ remoueat cir
ca. ix. dies patiente ſemp̄ quantũ poſſi
bile eſt quieto manente. nam vt refert

Auēzoar.lib.24.theſir. quidā iuuenis
qui hoc moꝛbo laboꝛabat ſtetit duobus
menſibus ſuper doꝛſo ſuo ⁊ cum bono re
gimine ſine medicinarum applicatione
liberatus eſt. vide pꝛedictum conſilium
qꝛ ibi ponit multa alia ⁊ ſingulariſſima
Alia ſunt ingenia retinendi inteſtina ne
deſcendāt. Quidam enim cauterizant lo
cum per quem deſcendunt inteſtina vt in
inguine dextro ſi per locuz illum deſcen
dunt: quia per hoc generatur caro callo
ſa pꝛohibēs deſcenſuz. Alij faciunt foꝛa
men in loco dicto ⁊ imponunt filum au-
reum ⁊ ita continue pꝛocedunt conſtrin-
gendo. ⁊ faciunt iſtud foꝛamen per cōſtri
ctionem ita ſtrictum ꝙ inteſtina non poſ
ſunt deſcendere. Alij vero faciunt per ca-
ſtraturam ita ꝙ ſcindunt illum teſticulū
⁊ vaſa ſpermatica ⁊ ita didimum poſtea
cauterizant ⁊ generatˀ eſcara. in pingui-
bus in muſculis faciunt faſciaz ab ipſis
incipientez ⁊ deſcēdentem vſqꝫ ad ingui-
na: ⁊ ita ad alium muſculuz ⁊ eſt optima
ligatura quā ego fieri feci pluribus. Pa
pie. eſt vnus ferrarius in ſancto Joanne
in burgo qui facit bragerios ferreos ⁊
ſunt optimi ⁊ multum iuuantes. Si vero
pꝛoueniat a ventoſitate cognoſcimus: qꝛ
ibi non eſt grauitas ⁊ eſt magna tranſlu
centia. cognoſcimus etiam ex tactu bur-
ſe teſticuloꝛum ꝙ ſit ventoſitas ⁊ iſta ma
xime appꝫ in hidropiſi aſclite ⁊ maxime
in timpanite: ⁊ tunc in cura eſt pꝛoceden
dum cum reſoluentibus vt cum oleo de
cherua cum oleo ſambacino qđ fit ex fo
lijs ſambacis de lilio camomillino de ru
ta de aneto. Remediuz ſingulare qđ lau
dat Aui. eſt emplaſtrum facum ex fabis
deco. eo modo ac ſi vellemus eas come-
dere ſunt. n. calefa ctiue ⁊ exiccatiue: ideo
valent emplaſtrate cum oleo camomilli-
no rutaceo de lilio ſm ꝙ volumus ma-
gis vel minus calefacere. poſſumus etiā
ponere de alijs ſeminibus vt aniſi aneti
carui cimini. Si vero pꝛoueniat ab aquo
ſitate pꝛocedamus cuz calefactiuis ⁊ ex
iccatiuis vt cū emplaſtro de ſtercoꝛe vac
cino ⁊ capꝛino. Sed ſi iſta ⁊ alia calefa-
cientia non valeant fiat foꝛamen in bur
ſa teſticuloꝛum vt aqua egrediatur: po-
ſtea cōſolidetur. Et aduertamus ſemper
⁊ attendamus cauſe ſeu radici que gene
rauit aquoſitatem vt puta epati ſi ſit cau
ſa. Si vero ſit canceroſa ⁊ pꝛoueniat pꝛo
pter ſang. abundantiam fiat pꝛimo flo-
botomia poſtea humectamus deinde re
ſoluimus. Si vero ſit varicoſa ⁊ pꝛoue-
niat a ſanguine varicoſo pꝛimo fiat flo-
botomia deinde digeratˀ humoꝛ melan-
colicus poſtea euacuetur: deinde hume-
ctentur veruce deinde reſoluantur. Sed
ſi iſta parum faciunt ſcindantur leuiter
cum cauterio cum igne vſqꝫ ad didimum
incidendo poſtea venas compꝛimendo
que ſunt circa teſticulum redibit ad pꝛi-
ſtinum ſtatum.

¶ Nota de muliere quadam quam vidi
que cum in partu laboꝛaret fuit crepta ⁊
egreſſa fuerunt inteſtina ⁊ fecerūt magnā
tumoꝛem in vmbilico.

¶ Nota etiam ꝙ maltotiens quando in
teſtinum ingreditur burſam teſticuloꝛuz
inteſtinum voluitur ⁊ toꝛquetur ⁊ cauſat
magnum doloꝛem. repletur etiam quan
doqꝫ fecibus ⁊ ventoſitate ⁊ non poteſt
redire ad locum ſuum. etiam ratione in-
uolutionis alie feces non poſſunt de-
ſcendere ad partes inferioꝛes: quare re-
gurgitant ad partes ſuperioꝛes / qua-
re et cetera.

¶ Cura doloꝛis iuncturarum a cauſa
calida.

PRo cura doloꝛis iuncturarū
quinqꝫ intentiones ſunt ob-
ſeruande. pꝛima eſt diuerſio
vel minoꝛatio materie. ſecun
da digeſtio. tertia euacuatio
quarta mitigatio doloꝛis ⁊ repercuſſio.
quinta ⁊ vltima remanentis reſolutio.

¶ Pꝛo pꝛima intētione facimus flo. lau
datam a Raſi. ⁊ hoc quādo talis doloꝛ
pꝛouenit a ſan. vel a materia ſan. mixta:
in diuerſis tamen venis hanc facimus
Si. n. eſt in manu dextra fiat flobotomia
in pede dextro tantum per vnam diame-
trum ⁊ econtra. Si tamen pedes ſint de
biles a natura non debemus hanc face
re ne materie attrahantur ad pedes ſed
tunc fiat a baſilica. Si autez fiat ab alia
materia a ſanguine: fiat digeſtio deinde

euacuatio. De flobotomia videtur cõtro uerſia. Nam Serapio non concedit flobotomiam eſſe fiendam materia non digeſta. Aui. vero vult ꝙ fiat in principio. Reſpondetur ꝙ Aui. habuit intentionẽ ad dolorem qui eſt fortis ⁊ multum attrabit: ideo ad diuertendum concedit flobotomiam in principio poſtea dicit incipe a re forti q̃uis debilior ſit incolumior Iſte autem ſermo videtur cõtradictori⁹ ſed dicatur ꝙ nulla eſt cõtradictio: quia quando dicit incipe a re forti intelligit. i. incipe ab euacuatiuo electiue euacuãte quia materia eſt in locis longinquis: iõ indiget euacuatiuo electiue euacuãte q̃uis inter electiue euacuantia debilior ſit incolumior: quia fortia euacuatiua euacuant ſubtile relinquendo groſſum. etiã faciunt maximam agitationẽ in corpore ideo gradatim in huiuſmodi euacuationibus procedendum eſt diuertimus ergo cum ſolutiuo electiue euacuãte in materia calida ⁊ vſuales ſunt pillule de hermodactilis minores ⁊ tenentur confecte pillule autem de hermodactilis maiores valent in cã frigida ⁊ deſcribit eas. M. vbi dicit pillule de hermodactilis ex inuentione noſtra ⁊ damus. ʒ. ſ. pillularuʒ de hermodactilis minorum vel. ℈. ij. in cã cali. ponẽdo aliquãtulũ de reubarbaro.

¶ Secunda intentio eſt digeſtio humorum: ⁊ licet multa habeamus in propoſito tamen ſiru. de endiuia ⁊ ſiru. acetoſus non ſunt boni: opʒ ergo vt ſiru. in ppoſito ſint frigidi ⁊ ſtipti. vt verbigratia ℞. ſiru. ro. ℥. ſ. ſirup. de grana. ℥. ß. aqua rũ plan. ⁊ ro. an. ℥. ß. ſolatri acetoſeañ. ℥. ſ. miſce cõtinua p quattuor vel q̃nq dies

¶ Tertia intentio eſt eradicatiua euacuatio in qua laudantur pillule dicte ſup̃ videlʒ dando. ʒ. ſ. pillularũ de hermodactilis mino. vel. ℈. iiij. ⁊ ſic pcedendo vſq̃ quo tota mateteria euacuetur ⁊ ad reperculſionem materierum ad locuʒ oportet attendere continue ⁊ inungere cum oleo ro. practici enim incipiunt epithimare⁊ ita ponunt ſtatim a prin. in opꝫe intentionem repercuſſionis.

¶ Quarta itẽtio ẽ phibitio doloris q̃ſtatim ẽ ponẽda i op⁹ pcticũ a prin. ⁊ iõ Raſis laudauit multa ſingularia remedia doloꝛẽ mitigãtia ſil̃. ⁊ repcutiẽtia vt. ca. ſiſtu. diſſoluta cum oleo ro. vel aqua roſa. vel ſolatri linita ſupra locum. Etiam vt ponit Auice. ſecundo cañ. c. de caß. ſiſtu. Item farina or. incorporata cũ oleo roſ. vel aqua roſa. linita mitigat et reſoluit. Medulla etiam panis infuſa in lacte ⁊ panis ſiligineus. i. de ſigala eſt melior: quia eſt frigidioris complexionis addẽdo vitellum vnum oui et incorporando cum medulla panis et lacte ac in forma emplaſtri applicare. Si vo dolor ſit intenſus addat. ʒ. ſ. opij incorporando cũ modico croci vt det penetrationẽ. Si autem percipiatur vehemens dolor ⁊ inflãmatio ſingulare eſt facere mucilaginem de pſilio in aqua ro. vel aqua ſolatri ponendo etiam aliquid de aceto quia dat penetrationem extendendo illam mucilaginem ſupra pannum poſtea ponere ſupra locum dolentem renouando ſepe cũ incipit caleſieri: ⁊ hoc expertus ſum. ⁊ doʒ eſſe pſilium ex quo ſit mucilago integrũ quia partes eius exteriores ſunt frigide interiores vero calide. ſi etiam accipiat oleum roſa. in quo bullierint vermes terreſtres et ſit infrigidatũ actualiter ⁊ ponatur ſupra locum dolentem mirabiliter operatur ad eandem intentionem. Quãdo materia totaliter fluxerit vʒ applicatio rerum anodinarũ vt camomilla mellilotum fenugrecuʒ: bulliant hec omnia cum vino ru. ſtip. ponendo etiam de iua que eſt ſingulariſſima in confortatione neruorum ⁊ eis facere balneum. valet etiam emplaſtruʒ ex rebus anodinis miſcendo aliquid ex frigidis vel oleo ro. ⁊c

¶ Quinta intẽtio ẽ reſolutio illi⁹ qð fluxũ eſt q̃ cõplet cũ approximatiõe reſolutiũ ⁊ mollificãtiũ vʒ cũ oleo ro. ⁊ camomille ⁊ in proceſſu cuʒ camomillino ſolo valet etiam ſtercus vaccinum cum ſua actuali caliditate ad hanc eandem intentionem Pro preſeruatione vero valet balneum ex vino nigro in quo bullierint aqua ſtiptica. vel galle balauſtie ⁊c. miſcendo aliquid de vino. conueniunt etiam omnes auctores ꝙ patientes hanc egritudineʒ habent ſe abſtinere a vino vt dicit Raſis in littera. dicit etiam in alio loco dimittẽt vinũ toto tpe vite ſue ⁊ curabuntur e⁊

Aui. 22. tertiꝭ probibet exhibitionẽ vini
idem aſſerit Cornelius celſus ⁊ ita hoc
in memet feci cum incepiſſem pati pode-
gram vſus enim fui tali regimine. ſcili-
cet dimiſi vinum per duos annos ita ꝙ
parum vel nihil bibebaꝫ. faciebamqꝫ ſin
gulis menſibus euacuationes ⁊ accipie
bam aliquam pillulam diuerſiuã ⁊ mi-
noratiuam bis in hebdomoda vt natu-
ra diuerteretur in tranſmittendo materi
as ad iuncturas ⁊ potius tranſmitteret
per viam seceſſus: qꝛ in principio facile
eſt materiam diuertere: ſed quãdo eſt cõ-
ſueta nullo mõ vel cum magna difficul-
tate poſſumus illam conſuetudinem re-
mouere. Similiter quando facta eſt no-
doſa vt Ouidius Tollere nodoſam ne-
ſcit medicina podagrã. ⁊ cum tali regi-
mine curatus fui: ⁊ pro certo nũnquam
paſſus ſum tales dolores. non etiam hu
iuſmodi patientes laborẽt in coitu: qua
re ⁊c.

¶ Cura doloris iuncturarũ a cã frigida

PRimo in cura huius egritu-
dinis ſunt obſeruandi hi. ca
non. Aui. Primus ꝙ nõ ab
ſoluamꝰ ab euacuatiuis ma
terie flegmatice quando cuꝫ
eis ſint permixta euacuatiua colere: qꝛ
flegma ex ſe non flueret niſi ſecũ eſſet mi
xta colera. Secundus cañ. eſt ꝙ cũ eua-
cuatiuis ſimul ꝑmiſceamus ſtiptica: qꝛ
conſtringendo vias faciũt ne materia ad
locum fluat. ideo ad hanc intẽtionem va
lent pillule de hermodactilis ⁊ valent tã
in cauſa frigi. qꝫ cali. tamen quando vo-
lumꝰ euacuare mãm calidã admiſcemus
aliq̃ reſpiciẽtia a ꝓprietate illã ſi vero fri
gidam admiſcimꝰ ea q̃ fri. euacuãt. Ter
tius canon. eſt ꝙ a principio non eſt eua
cuandum cum fortibus euacuatiuis: qꝛ
euacuarent ſubtile relinquendo groſſuꝫ
⁊ ideo dicit Auicena. Oportet vt blande
tractetur. innuit enim ꝙ ſi a principio
aliqua conueniunt non tamen ſint for-
tia ſed debilia vt aliqualiter minoretur
materia pillule deſcripte a Raſi in litte
ra non ſunt in vſu ſed. d. Meſue quas de
ſcribit in antidotario ⁊ ſunt dande vſqꝫ
ad. ʒ. j. in principio pro minoratione. No
ta etiam ꝙ non debemus euacuare cum
fortibus niſi permiſſa digeſtione que nõ
debet fieri cum valde aperitiuis ne mate
rie fluant ad iũcturas ideo pro digeſtio-
ne conuenit mel roſa. vt ſic dicendo. ℞.
mellis roſ. ℥. j. ß. aquarum betonice ⁊ ab
ſynthiȷ̃ ana. ℥. j. miſce pro ſirupo. facta er
go vna vel pluribus euacuationibꝰ trãſi
mus ad fortiora valet addẽdo in proceſ-
ſu ſirupi de ſticados. ℥. ß. cum. ℥. j. mellis
roſa. colati cum aquis dictis. facta autẽ
eucuatiõe attendimꝰ ad materiaꝫ fluxã
epithimando cuꝫ epithimate Raſis Itẽ
cum aqua decoctionis camomille fenu-
greci maluarum altee. ſemper etiã in em
plaſtris oportet exhibere aliquid qd hu
mectet ne induretur materia ⁊ lapidetur
ſeu giſpetur. diuretica etiam non debẽt
dari niſi corpore debite mũdificato vinũ
quantum poteſt debet vitari: licꝫ hic Ra
ſis ponat potius cauſa reſolutionis ab
extra. dicit enim ego plures vidi qui re-
liquerũt vinũ ⁊ oino curati ſunt. In hac
ergo cura ex dictis Raſis ⁊ Aui. quinqꝫ
intentiones ſunt attendẽde. prima eſt di
uerſio ⁊ minoratio. ſecunda digeſtio. ter
tia eradicatiua euacuatio: quarta miti-
gatio doloris. q̃nta reſolutio remanẽtis
¶ In prima ergo intentione notandus
eſt cañ. ſupradictus. ſ. ꝙ non debemus a
principio ꝓcedere cum fortibus euacua-
tiuis ſed cũ debilibꝰ. cõueniunt ergo pil
lule de hermodactilis minores. d. Meſ.
cum aliquãtulo reubarbari vt verbigra
tia ſic dicendo. ℞. pillularum de hermo
dactilis minorum. ℈. ij. reubar. electi. ℈.
ſ. miſce. Si autẽ talis materia fuerit ſan.
mixta dẽmus diuertere cum flo. vomitus
etiam multum valet vt dicit Aui. ad di-
uertendũ ex eo ꝙ per vomitum fit vomi-
tus contrarius dummodo corpus ſit be
ne diſpoſitum ad ipſum.
¶ Secunda intentio eſt digeſtio de hac
dictum eſt ꝙ digeſtiua nõ debẽt eſſe ape
ritiua nec que noceant neruis ⁊ iunctu-
ris vt ſunt ſirupi de radicibus oximel
ſimplex et compoſitum nocent enim ner

nis ſtandum eſt ergo in melle roſ. per ali quos dies poſtea veniẽdum eſt ad ſirup. de ſtichados.

¶ Tertia intentio eſt euacuatio que fit cum fortibus euacuatiuis vt cum pillulis de hermodactilis maioribus ⁊ pro eradicãdo damus. ʒ. iiij. ſine reubarba.

¶ Quarta intẽtio eſt mitigatio doloris que ſtatim a principio debꝫ poni in actu practico maxime in non conſuetis dolori. mitigamus enim cuꝫ anodinis in forma vnctionũ. poſſumus etiam in forma epithimatum applicare vt accipere oleũ cammomillinum cum vermibus ſicut in calida. accipimus oleum roſ. cum dictis vermibus ⁊ dictum emplaſtrum ponimꝰ ſupra locum. oleum etiam vlpinum ſcilicet ex decoctione vulpis ſupra dolores iuncturarum a cauſa frigida multuꝫ valet ⁊ eſt expertum emplaſtrum etiam factum ex farina fenugreci mellilotꝫ ⁊ pauco aceti vꝫ. caſſafiſtula eſt etiam ſingulariſſima ſcilicet tam in cauſa calida ꝙ frigida ſed in calida diſſoluimus cũ modico olei ro. vel aq̃ ro. vel ſolatri. In frigida vero non ponimus oleum roſatum ſed mel ſufficientis quãtitatis cum oleo camomillino. Eſt etiam vnum aliud autenticum remedium ⁊ ſingulare quod ponit Auic. capitulo de ſedantibus dolorem quo vſus fuit frequenter ⁊ eſt tale. bulliatur fenumgrecuꝫ in aqua ⁊ aceto ⁊ ponatur de melle ſufficientis quantitatis ⁊ cõmiſceatur ad modum emplaſtri ⁊ ponatur ſupra locum dolentem ⁊ dimittatꝫ tribus diebus. valet enim multum. ⁊ ſic tale emplaſtrum exiccaretur ſupra locum ⁊ conſtringeretur membrũ ponatur pãnus lineus ſupra emplaſtrũ ⁊ inũgatꝫ talis pannus lineus cũ petia ex oleo ro. intincta vt melius tale emplaſtrum ſeparetur: mitigatiuum ⁊ aliqualiter reſolutiuum eſt ſtercus vaccinũ cuꝫ illa actuali caliditate cum qua egreditur. ⁊ ſi taliter non põt haberi ponatur in eo de oleo camomillino vel vlpino ⁊ ſimul bulliant in vaſe: poſtea calidum ad modum emplaſtri loco apponatur.

¶ Quinta ⁊ vltima intẽtio eſt reſolutio reſidui remanentis ⁊ iſta perficitur cum emplaſtris ⁊ vnctionibus calidis ⁊ ſiccis non tamen vehementer ne materiam lapideam efficiant. conueniunt etiam in hoc caſu balnea ⁊ quecunqꝫ tẽperate reſoluunt vt oleũ camomillinum. vulpinũ de lilio. conueniunt etiam emplaſtra ex farina fenugreci altee ſeminis lini floribus camomille radice altee. emplm̃ etiã poſitũ a Raſi in littera vel balneum factum ex omnibus anodinis vt ex altea camomilla fenugreco ſaluia roremarino ſemine lini abſynthio ⁊ alijs ſimilibus bulliant etiaꝫ predicta in vino vt ſaluia maiorana roſmarinum iua: ⁊ in tali balneo infirmus commoretur quare ⁊c̃.

¶ Cura doloris ſciatici.

In cura doloris ſciatici nõ fit repercuſſio a principio debent tñ remedia eſſe magis fortia: ideo emplaſtra ⁊ alie vnctiones ſint fortiores: ex eo ꝙ materia eſt profunda ⁊ virtus medicaminum non põt niſi cũ difficultate ad locum peruenire. Aui. laudat flobotomiam brachij diuerſiuã: qua facta ad uertatꝫ ſi ſit rubedo in vrina. ⁊ ſi ſic fiat flo. vene ſciatice que eſt prope clauiculã pedis in pte ſilueſtri. Si ſit materia flegmatica fiat vomitus dummõ corpus ſit ad ipſum paratũ. Inungamus etiã cum oleis appropriatis. Fiant etiã ſuppoſitoria ⁊ cliſteria acuta ⁊ fortia vt ꝓpter dolorem materia diuertatꝫ ⁊ attrahatur a partibus ſuperioribꝰ ad partes inferiores ⁊ ſic diuertatur a ſuo curſu ad iũcturas caueantur tñ huiuſmodi in corpore delicato timẽtes excoriationem. Emplaſtrũ quod deſcribit Raſis eſt veſicatiuũ ⁊ cauterizatiuũ. attrahit enim materiaꝫ ab inferiori parte ad ſuperficiem. Item ſtercus columbinum conteratur ⁊ cum decoctione farine ſuperponatur pro cauterio. Et in omnibus alijs cura eſt eadẽ cum cura podagre de qua dictũ eſt quare ibi recurre quare ⁊c̃.

¶ Cura gibboſitatis.

Quando gibboſitas prouenit a materia flegmatica deſcendente a cerebro tūc eius cura eſt cura ſpaſmi ꝛ cura paraliſis. ꝛ ideo factis euacuationibus ꝛ digeſtionibus debet poſtea talis materia reſolui. Et optima reſolutiua ſunt ſicut acorus conditus confectio diacori: confectio pliriſarcoticon oleum de euforbio ꝑ vnctione quod deſcribit Auicena in capitulo de gibboſitate. ꝛ remittit nos ad capitulum de paraliſi. Et debemus a principio in hac cura eſſe ſolliciti: quia quanto magis cōfirmaꝛ difficilior efficitur cura. ſed quando eſt cōfirmata vt infirmis complaceamus aliqua tentamus ſine ſpe curationis. Si autem ab apoſtemate proueniat curetur cura apoſtematis. ſaltem talia emplaſtra ſint fortioris impreſſionis qꝛ materia eſt profunda quare ꝛc̄.

Cura varicum.

Cura huiuſmodi egritudinis eſt cura ſicut melancolie oportet digerere ꝛ eam euacuare cum his que ſunt appropriata humori melancolico ꝛ remoueatur cauſa añs cum flobotomia baſilice que ſit cum foramine lato: ꝛ corpus ſit exercitatum vt permiſceatur ſangui. ſubtilis cum groſſo ꝛ cū digeſtiuis appropriatis predicto humori: valet cum ſirupo de thimo de epithimo de fumoterre de pomis: euacuando poſtea cum pillulis indis ſicut dictum eſt in capitu. de melancolia. etiam cum pillulis de fumoterre. ꝛ hoc frequenter faciendum eſt vt bene talis humor euacuetur qui eſt cauſa antecedens varicū. In regimine autem cibi ꝛ potus abſtinere debet a leguminibus carnibus ſalſis caulibus ꝛ alijs generantibus melancoliam ſicut eſt vinum groſſum ſpiſſum ꝛ nigrum. ꝛ hoc regimen cōtinuetur pluribus diebus. deinde euacuetur cauſa coniuncta flobotomando venam ꝛ permittatur totaſan. exire pluribus vicibus vt bis vel ter ꝛ non vna vice tantum in die vſquequo vena inaniatur. poſtea ſemper attendamus ne iterum fiat aggregatio euacuando a baſilica. Modus autem quo chirurgici vtuntur in extrahendo ſanguinem eſt quia primo excoriant pellem ꝛ excarnant bene venam ꝛ ligant eam cum filo vſqꝫ ad locum tumidum ꝛ ſic incidunt vt ſanguinem extrahāt paulatim qui eſt in parte inferiori: ꝛ ſanguis a parte ſuperiori non poteſt amplius deſcendere. poſtea cauterizant vt fiat eſcara vt amplius non fluat ſanguis. Et ſi diceretur illa tibia non nutriretur quia ſanguis per eum non poteſt trāſire. Reſponde ꝙ ſunt aliqui rami per quos trāſit ſanguis quare nutriꝛ. Recordor ego de quodam ſcholare alamano adoleſcēti pulcherrimo qui patiebatur hāc egritudinem ꝛ non precedentibus euacuationibus ꝛ alijs ſe commiſit in manibus vnius emperici qui extraxit ſang. ꝛ clauſit venas: ꝛ quia corpus non erat mundificatum paſſus eſt illinc ad paucos dies fe. quartanam peſtilentialem ꝛ mortuus eſt. ꝛ hoc fuit quia natura erat conſueta per illa loca tranſmittere ſuperfluitates quibus retentis ꝛ putrefactis ſequutus eſt effectus dictus: ideo cauere debemus a tali niſi ſeruato prius ordine debito iuxta Hip. ſententiam ſexta affo. afforiſmo. Hemoroydes ſanari antiquas ſi non vna dimiſſa fuerit multum periculum eſt hidropiſim aut ptiſim aut maniam fieri ꝛc̄.

Cura elephantie.

Lepantia eſt eadem egritudo que varices. ideſt vtraqꝫ ſit ab eadē materia niſi ꝙ hanc faciens eſt ſubtilior ꝛ ſpargitur ꝑ multas venas cauſans tumorē in tibijs. ideo precedentibus predictis digeſtiuis

euacua cū pillulis de hermodactilis ꝛ
pluribus vicibꝰ euacuãdo prohibeant a
generantibus ſan. groſſum. Item vtan-
tur vomitu in prin. vtemur repercuſſiuis
cum aloe acatia aceto hipocriſtidos.
Item valz flobo. extrahendo a contrario
ſi materia fuerit ſan. Et ſi aſſueſcat por-
tare calceos de pelle canis erit bonū vt
pes ſtet ſtrictus. Item valet decoctio cau
lium ꝛ aliarum rerum predi. ꝛ fiat bal-
neum vt fiat reſolutio illius materie. Et
mirabile remedium ad elephantiam. id
eſt tumorem in tibijs vel in manibus vel
ad quemlibet alium tumorem eſt tale.
Accipiatur lixiuium ex cineribus quer-
cus ꝛ ſi acetum forte imponatur erit me-
lius ꝛ cum eo miſceatur boccale vnum vi
ni albi aromatici ꝛ ex his fomentetur lo
cus cum ſpongia. poſtea cum eiſdez ſpon
gijs ſic madefactis fricetur locus ab in-
ferius ad ſuperius ſi eſt in tibijs: deinde
accipiantur folia ebuli ꝛ cum eis locus
cooperiatur ꝛ emplaſtretur cuz eis quia
maxime valent. exiccant enim illam ma-
teriam groſſam facientem tumorem vel
aliud ꝛ eſt mirabile. Accipiat lapis mar
moreus vel ſilex vel ſaxum viuuz ꝛ ignea
tur poſtea irroretur aceto fortiſſimo: po-
ſtea teneat tibiam ſiue locum tumefactū
ſupra fumum illius lapidis ſupra poſito
panno loco vt melius fumus accipiatur
ꝛ videbitur ꝙ ſudabit quia illa materia
diſſoluetur ꝛ hoc expertum eſt quare ꝛc.

¶ Cura vlcerationis cutis.

Pro cura vide Raſim ꝛ nota
ꝙ litargirium aureū eſt ſin
gulariſſimum ad omnia vl-
cera ꝛ ad maculas delendas
cuius compoſitionem ponit
Seruitor. mirabiliter etiam valet ad pu
ſtulas faciei ꝛ ad coleras facta prius de
bita euacuatione cauſe antecedentis cuz
flobotomia ꝛ alijs requiſitis. Et ego cū
iſtis liberaui quendam fratrez ſancti Do
minici de obſeruantia qui habebat has
coleras adeo ꝙ videbatur leproſus: qua
de re alij fratres volebant eū ſeparare ab
eis. ꝛ poteſt hoc modo fieri deſcriptio.
¶ Recipe litargirij aurei. ℥. vna contera
tur ꝛ infundatur in aceto forti ꝛ dimitta
tur per diem ꝛ noctem vel per dies duos
remouendo primum acetum ꝛ ponatur
aliud ꝛ ita abijciendo ſingulis quattuor
vel ſex diebus niſi ſit albificatum: quod
gratius redditur: ꝛ tunc non oportet ꝙ
maneat in infuſione in aceto cuius albi-
ficatio fit duobus modis. vno modo fit
cum ſale in quadraginta diebus vt po-
nitur a Seruitore poſtea diſſoluatur in
mortario cum aceto quantum ſufficit in
ſpiſſabitur ꝛ ſꝫ ꝙ inſpiſſabitur addatur
de oleo violato ad ſufficientiam. et iterū
diſſoluatur cum ipſo oleo et ducatur in
mortario cum piſtello inſpiſſabitur ad-
huc et iterato ponatur de aceto et fiat vt
prius vna vice ponendo acetum alia vi-
ce oleum violatum continuando per ſpa
tium duarum vel trium horarum. et ſi fi
at hoc ſub ſole conuenientius erit vlte-
rius addatur camphore ſubtiliſſime pul
uerizate. ʒ. ſ. poſtea vſui reſeruetur. laue
tur locus cum decoctione maluarum fu
miterre lapatij violarum matrum viola
rum aduertendo ꝙ balneum infectum
abijciatur: et cum dicto litargirio libera
ui quandam mulierem habentem inten
ſiſſimum ardorem in vulua per tres vel
quattuor dies et per applicationē iſtius
bis vel ter fuit liberata quare ꝛc.

¶ Cura dolorū in membris manifeſtis.

¶Cura dolorū in membris manifeſtis.

Nota ꝙ dolor qui fit in membris exterioribus poteſt cauſari vel a cauſa interiori vel exteriori ſicut a caſu ⁊ ꝑcuſſione vel ſimilibus vel a mala complexione ſine materia vel cū materia vt calida frigida cum ap̄ate vel ſiue ap̄ate: vel a ſolutione continuitatis. Ad propoſitum Raſis ponit curā quādo dolor fit a materia calida vel frigida.

¶Secundo nota ꝙ doloris prouenientis a materia calida ſigna ſunt rubedo calor pruritus ⁊c. Et ſi ſit cuʒ duritie vel tumore loci ap̄a calidum futurū ſignificat. ſed quando fit cauſa frigida ſunt priuatio rubedinis ⁊ caliditatis ⁊ eſt ſtupor ⁊ fuſcedo grauitas ⁊ formicatio. hec autem cum affuerint paraliſim vel mortificationem ſignificāt caloris oportet ergo egrum interrogare vbi dolor accidat ſcilicet vel in pede vel in manu. ſi ſit ex ꝑcuſſione vel ſi aliquid acciderit ſupra mēbrum vel diu ſupra eum iacuerit ſiue ab alia cauſa extrinſeca. Si vero non ſit a cauſa extrinſeca debet cōſiderari locus coloris an ſit rubicundior reliqua parte corporis: q̃ ſi ſic debet curari ex medicamine ap̄atis calidi ſcʒ cuʒ oleis frigidis vt violato ro. ⁊ ſimilibus. ⁊ in tali caſu conuenit flobotomia. Si enim ſit in pedibus fiat in manibus ⁊ ecōtra. Si fiat ex exiccatione ⁊ membruʒ non fuerit rubeū nec calidum ſed continue offuſcat ⁊ exiccatur debet diſtillari aqua calida ab alto. ratio q̃ humectat. deinde inungatur ex oleo ⁊ cera ⁊c. Quando autem dolor fit a materia frigida ⁊ ſi locus apparet groſſior ⁊ ad tactum frigidus fricandus ſepe erit vt fiat rarefactio pororum. deinde debet fieri embrocatio ex aqua decoctiōis camomille ſanſuci ⁊ ſticados arabici. ratio q̃ reſoluit materiā frigidā poſtea inungatur cum oleo de cheiri citrino vel cum oleo coſtino vel de lilio ⁊ ſimilibus. ratio pʒ. Regimē ⁊ dieta debet ſubtiliari quo ad quantitatē vt calor naturalis reddatur potentior ad reſoluendum ⁊ debet vti multo exercitio: q̃ calefacit ⁊ reſoluit. debet etiam ſudare in balneo. ⁊ ſi predicta non ſufficiunt debet fieri euacuatio cum medicinis euacuantibus materiam flegmaticam. vt cum pillulis de hermodactilis vel cum pillulis fetidis vel cum medicina de turbith. ⁊ ſi membrum ſentitur frigidum debet fricari deinde inunge ex oleo coſtio ſambacino de ben ⁊ ſimilibus. ⁊ ſi adhuc iſta non ſufficiunt debet inungi cum vnguētis de quibus dictum eſt in. c. de paraliſi: donec ſequatur ſanitas ratio quia ſunt fortis virtutis quare ⁊c.

¶Decoctio communis.

¶℞. prunorum thamarindorū ſebeſten violarum ⁊ ordei an̄. partes equales cuʒ aqua fontiū quantū ſufficit fiat decoctio

¶Decoctio pectoralis.

¶℞. ficuum ſiccarum iuiubarum liquiritie capillorum vene. violarum an̄. partes equales cum aqua vt ſupra fiat decoctio. Et ego addo paſſularū enucleatarū ⁊ bene pinguium ad pondus omnium.

Decoctio carminatiua.

¶℞. ſeminis aniſi ſeminis feniculi ſeminis dauci ſeminis ſiſeleos an̄. ptes equales. Et ego addo ſeminis cimini ad pondus aliorum.

F I N I S

❡ Blaſij aſtarij Papienſis omnium di
ſcipliuarum artium Doctoris eximij ꝛ
medici adeo expertiſſimi ita vt ꝛ benigni
tate ingenio memoriaq; ſua excellēti to-
tus fere orbis ad ipſum confflueret: opu-
ſculum breue ꝛ vtile de curandis febri-
bus Ab Aben Hali ſuper primam quar
ti traditus ad laudem ſummi Condito-
ris qui omne humanum genus dirigat
ꝛ protegat per infinita. feliciter incipit.

❡ Capitulum primum de cura tertiane pure ꝛ continue.

PRo cura tertiane pure in
terpolate ꝛ continue cum
iſta non differant niſi ſm
magis ꝛ minus ſeptē ſunt
habende intētiones. qua-
rum prima eſt debita ad-
miniſtratio regiminis in.
vſ. rebus non naturalibus. ſcd̄a ven. leni
tio. tertia materie digeſtio. quarta ipſi⁹
materie digeſte eūo. quinta prouocatio
vrine aut ſudoris. ſexta alteratio caloris
febrilis remanētis poſt eūonem materie.
ſimiliter cōfortatio membroruꝫ. ſeptima
ꝛ vltima correctio accidentiū vt plurimū
cum tali febre euenientium.
❡ Quantū ad primā intentionē incipien
do primo ab aere debet vitari aer. cal. ꝛ p̄
cipue in tempore eſtatis: vn̄ pro tunc nō
cōpeiit accendere ignē in camera: immo
multotiens expedit aerem ipſum artifi-
cialiter alterare ad fri. ꝛ humi. vn̄ conue
nit aſpergere in camera de aqua roſa. cū
ſandalis ꝛ aceto aut cum aqua commu-
ni ꝛ aceto ſi patiens eſſet pauper. Itē in
camera ſternantur folia vitium ſalicum
ꝛ ſimilium rerū infrigi. ꝛ humectantium
ante cubile ꝛ circa cubile. nam predicta
competūt ratione alterationis aeris ad
fri. ꝛ hu. etiā ratione odoris ꝛ confortant
cor cpar ꝛ cerebrum. color etiā multū de
lectat rōne viriditatis ꝛ ꝑpter humidita
tem ſuā. Et hec de aere ſufficiant dicta.
Circa cibum ꝛ potum cibi qui cōceduntˀ
ſunt ptiſana or. panis tritus cum brodio
pulli aut butiro recenti prout magis in-
firmis libet vt Hippo. teſtatˀ prima affo.
illo. Parum deterior cibus ꝛ potus ꝛc.
Item panatella ſimiliter cuꝫ brodio pul
li aut butiro vt ſupra. ſed prius conuenit
lauare panem cuꝫ aqua cali. bis aut ter.
ꝛ hoc vt remoueatur virtus fermenti que
cali. eſt. vn̄ panis inde remanet fri. ꝛ iſte
eſt modus poſitus ab Aui. ſcd̄o can̄. ca-
pitulo proprio de pane. Itē conceditˀ far
ordei colatum aut nō colatū. conceditur
etiā amilum niſi timeatur oppilatio: qꝛ
ipſuꝫ ē oppilatiuū teſtāte Aui. ꝓ ma tertij
capl̄o de cura manie canine. Olera etiā
cōueniunt q̄ ſint fri. ꝛ humida vt cucur-
bita dūmodo nō timeatˀ de colica: quia
maxime a proprietate generat colicam.
vt idem Aui. teſtatur. 16. tertij tra. quar-
to capitulo de colica. ſimiliter lactuca
portulaca endi. malua blites ſpinachia
ꝛ ſimilia que ſunt fri. ꝛ hu. Carnes que
conceduntur ſunt ſicut carnes auium mi
nutarum degentium in pratis ꝛ in arbo
ribus non in aquis nec ſint habētes col
la ꝛ roſtra longa. conceduntur etiam car
nes pullorū precipue extremitates ꝛ pul
le magis laudantur apud arabes vt ha
betur ab Aui. prima quarti capitulo de
ciba. febricitantium in generali. compe-
tunt etiam carnes vituli ꝛ precipue hedi
cum ſit frigidior ꝛ humidior. competunt
etiam extremitates aīalium quadrupe-
dum ꝛ precipue in declinatione qm̄ ver-
ſus ſtatum dieta debet procedere ſubti-
liando. Piſces etiā qui cōceduntur ſunt
piſces petroſi ꝛ parui. conceduntur etiā
lucij ꝛ perſici ꝛ ſimiliter piſces qui ſunt
de bonis aquis ꝛ currentibus. cōueniēs
etiam eſt dare dictos piſces potius elixa
tos q̄ꝫ aſſatos: quia humide diete omni-
bus febrientibus cōferunt vt Hippo. pri
ma affo. cōceduntur etiam oua recentia
precipue vitelli cū ſint maxime digeſtibi
les. Si volunt inſalatucium detur lactu
ca cum aceto vel agreſta ſiue cū oleo cuꝫ
pauco ſale. ſimiliter etiā portulaca. Si
volunt gelatiuam qꝛ aliqn̄ appetitus eſt
proſtratus poſſumus facere cum carnib⁹
pullorū vel hedi ꝛ pedibus vitulorū cum
vino nō vinoſo ꝛ ſine ſpēbus cum modi-
co aceti ꝛ zuchari fini. Fructus ſint ſicut
pruna: ꝛ hoc ꝑpter cauſam iam dictam.
ſimiliter melones indi citruli granata
dul. acetoſa ꝛ mu. illa tn̄ dulcia vbi eſſet

feb. valde acuta credo eſſe vitanda: licet
Aui. cõcedat in hoc capitulo de cura ter
tiane pure. cauſa eſt quia multotiẽs no-
cet acuitas habentibus febres vt Auicẽ.
ſcđo can̄. caplo proprio. Gal. etiã in tera
pentica ad clau. ⁊ Nicolus ſermone ſe-
cundo cura pn̄ti vr̃ cõcedere poma maxi
me acetoſa aut muza. ſȝ dicit Nicolus ꝙ
melius eſſet differre vſq; ad apperitionẽ
digeſtionis. Gen. ſuper caplo de cura pu
tri. in generali ſup illo can̄. Et oĩs virtus
⁊c. dicit ꝙ cõceditur ad laſciuiã febrici-
tantium ⁊ adminiſtrantᷣ decocta aut eli
xando aut aſſando ſm̄ varias medici in-
tentiones. ſi enim vis plus humectare eli
xa. ſi plus a putrefactione prohibere aſ-
ſa. conceduntur etiam arantij limones
non ſalſi. vitentur fructus qui ſunt faci-
liter corruptibiles ſicut cereſa etima qui
ſunt ſtiptici ſicut pira ⁊ citonia. Circa po
tum detur aqua or. iulep vio. vinũ grana
torũ permixtũ cũ aq̄ or. prohibetᷣ etiã vi
nũ niſi in declinatione: ⁊ ideo digeſta ma
teria põt exhiberi ⁊ tale dȝ eſſe album et
pauci coloris ⁊ limphatũ ſm̄ proportio-
nem que tibi vr̃. Circa motum ⁊ quietem
debẽt vti tranquillitate corporis ⁊ quie-
te: q2 motus de ſe inflammat ⁊ eſt cã calo
ris: ideo ab ipſo caueatur. Somnus ⁊ vi
gilia potius declinẽt ad ſomnũ q̄ȝ ad vi-
giliam. quia ſomnus atteſtatur quieti ⁊
vigilia motui ⁊ ſit ſomnus de nocte po-
tiuſq̄ȝ de die niſi adueniret de nocte paro
xyſmus in cuius principio caueat a ſom
no quantum poſſibile eſt niſi ꝓpter ali-
quam neceſſitatis cauſam vtputa ſi abſti
nendo violenter a dormitione multum
inflãmaretur ⁊ eſſet dubiũ de ethica aut
de ſarefactione in quo cãu in omni tempo
re ⁊ in prin. ſinas dormire vt Aui. in ca-
pitulo de cura putri. in generali. in decli
natione tñ talis ſomn⁹ multũ iuuat ina-
nitio ⁊ repletio. Dieta dȝ eſſe ſubtilis re
ſpectu eius qđ conceditᷣ tẽpore ſanitatis
⁊ dȝ procedere gradatim ſubtiliando vſ-
q; ad ſtatum prout ſupra dictum eſt. Et
quãuis Aui. dicat ꝙ in tẽpore ſtatus ſuf
ficiat cibus vt aqua ordei ⁊ ſuccus gra-
natorum dul. ⁊ muzo. vel ſiru. acetoſus
verũtamẽ nunc nõ competit: ita ſubtilis
dieta cũ iſto tp̄e corpora non ſint ita ro-
buſta ſicut tp̄e antiq̄. etiã ꝓpᷣ ꝯſuetudinẽ
comedẽdi magis nunc q̄ȝ tũc. etiã ꝓpᷣ ea
vitare infamiã vulgi ⁊ medicorũ ne ſi pe
rirent dicerẽt ꝙ ſunt ex fame cõſumpti.
Quãtitas ⁊ tempus cibationis nõ deter
minate poſſunt mẽſurari ſed ſtant in eſti
matiua medici vt habetᷣ a Nicolo ſermo
ne ſcđo ſumma ſcđa caplo. 12. ⁊. 13. Ac-
cidentia aĩe procurent tranquillitatem.
vitent quantum poſſunt iram ⁊ furorem
quia inflammant. Et hec quantũ ad pri
mam ſufficiant intentionem.

¶ Secunda intentio que eſt lenitio ven.
que multũ neceſſaria eſt in qualibet febre
putri. iſta ſic completur aut cliſteria leni
tiua que ſunt magis dilecta ⁊ ſecura aut
per ea que per os ſumuntur. cliſtere com
muuiter fit ſic. ℞. ca. electe nouiter extra
cte. ℥. j. pul. zu. ℥. ß. olei vio. ℥. iij. ſalis cõ-
munis triti. ʒ. j. cum. d. maluarũ matrum
vio. ⁊ blitis lib. j. in dicta deco. diſſoluan
tur predicta ⁊ fiat cliſtere. Sed ſi quis nõ
poſſet facere expẽſas de caß. electa capiat
de illa que eſt in vaſe. Lenitiuum per os.
℞. caß. electe nouiter extracte. ℥. j. tapel-
letur ⁊ cum zu. fiat bolus vel diſſoluatur
cum aqua endi. aut. d. cõmuni addendo
ſirupi vio. ℥. ß. vel. ℥. j. ⁊ fiat potio. ⁊ mul
tis infirmis magis placet vt detur actu
fri. q̄ȝ cali. ſed ſi quis abhorret caß. detur
de diapruni non. s. in eadem doſi. ſi pa-
tiens eſſet diues detur diamãne. ℥. ij. vel
℥. j. ß.

¶ Tertia intẽtio q̄ eſt digeſtio ꝑficitᷣ dan
do ſiru. ace. s. lȝ Nicolus videatᷣ ipm̄ ꝓ
hibere in materia multũ ſubtili ⁊ hoc di
cit caplo iſto ex opinione aliorũ. ⁊ in ca-
pitulo de cauſone ex ꝓpria opinione niſi
ſit ꝑmixtus cũ ſiru. vio. Ego aũt non ha
beo hũc reſpectũ in dãdo iſtũ ſiru. mate-
ria exiſtẽte ſubtili: q2 ſiru. exhibentᷣ ma-
xime cũ aquis appropriatis vt end. cico.
bug. ⁊ credo ꝙ tp̄e Nicoli exhiberentᷣ ſi
ne aq̄s q̄ duplici intentione exhibentᷣ. pri
ma vt ſirup⁹ ſit gratior pulchrior ac pe-
netrabilior: quia vt plurimũ ſunt viſcoſi
cũ fiant ex melle ⁊ zuc. vñ Meſue diſt. 6.
vbi loquitᷣ de oximel. s. qđ dr̄ ab eo purũ
ſechenIabin dicit ꝙ ponitur aqua ꝓpte-
rea q2 iuuat ad penetrationem: confert
etiã ſiru. vio. ⁊ de endi. fiat ergo ſic. ℞. ſi

rup.vio.℥.ſ.bru.ace.s.℥.ß.aquarum en
℥.ij.cico.vel.bu.℥.ſ.miſ.
¶Quinta intentio eſt euacuatio ſi mate
ria fuerit mixta cum ſanguine ſtatim fiat
flobo.⁊ non differatur.ſed ſi materia in
prin.non ſit permixta ſed in proceſſu po
ſtea permiſceatur quod cognoſces ex vri
na ⁊c.dimittatur in prin.⁊ fiat in proceſ
ſu premiſſa ven.lenitione ſaltem cum cli
ſteri.Quantitas ſangui.extrahendi ſtat
in eſtimatiua medici conſiderantis etatē
virtutem ⁊c.vena que flobotomatur ſit
communis aut baſilica ſꝫ communis po
tius laudatur euacuatio cum medicina
ſolutiua quando materia eſt ſeparata a
ſan.aut nō ſit mul.ūꝑ mixta aut vbi nō ſit
mixta ⁊ nō potuiſſet tota ꝑ flo .educi cō
plet cum reubar vel alijs ſolutiuis faciē
do ſic.℞.reubar.electi ⁊ mundi.ʒ.ij.aut
ʒ.iij.ſpecie parum incidantur minutim ⁊
infundantur in aquis endiuie cicoree ⁊
bugloſe añ.q.s.ponendo vini albi odo
riferi ⁊ ſubtilis parum videlicet. ʒ.ij.vel
ʒ.iij.finant in infuſione per horas decē
deinde fortis fiat expreſſio cui addat dia
pru.non ſim.℥.ß.diapru.ſim.aut electua
rium ro.M.ʒ.ij.aut.iij.ſꝫ corporū diuer
ſitatem.ſiru.vio.℥.ß. ⁊ fiat potio poſtea
hora debita fiat lauatiuuꝫ ⁊ hec euacua
tio cum medicina ſolutiua:licet conue
niat digeſta materia verum etiā materia
non exiſtēte digeſta vbi timeremus de fu
rioſitate materie aut multitudine mino
ratiue conueniret ⁊ ſi non eradicatiue. ⁊
vbi eger ſit pauper loco reubarbari au
geat doſis aliorū ſolutiuoruꝫ ſcōm doc.
M.in antidotario dando.ʒ.iij.vel.iij.ß
vel.iiij.vel.iiij.ß.
¶Quinta intētio ē ꝓuocatio vrine aut
ſudoris ⁊ iſta itētio ↄplet exhibēdo in po
tu ſiru.aceto.ſim.cū emulſione ſe.cōiuꝫ
fri.añ.℥.ſ.ß.aq̄ endi.℥.iij.vel.iiij.⁊ det in
potu in aurora.aut loco ei⁹ pōt exhiberi
ſiru.aceto.de rad.⁊ iſte ē in cōi vſu pōt ēt
exhiberi aq̄ or.ſubtilis cū modico zucha
ri.⁊ ſi volum⁹ ſudorem ꝓuocare talis aq̄
exhibeat ca.⁊ īfirm⁹ ſtet pānis coopt⁹ po
ſtea dormiat ſi poſſibile ē i declinatōe tm̄
paroxyſmi ⁊ ſic meli⁹ ꝓuocabitur ſudor.
¶Sexta itētio q̄ ē alteratio cali.febrilis
⁊ cōfortatio mēbroꝝ laxoꝝ tū ꝑꝑ debili

tatē acquiſitatē ex reſo.ſpirituum ex calo
re febrili;tum propter euacuationes pre
cedentes naturaliter aut artificialiter fa
ctas.In hoc.n.caſu Nicolus in.c.iſtius
cure videtur concedere aquam fri.que tm̄
exhibēda eſt in multa quantitate ſtanti
bus cōditiōib⁹ req̄ſitis de quib⁹ dictū eſt
in.c.de cura putri.in gene.Ad hāc ē intē
tionē laudant tro.de cāphora.verū q̄
dictum fuit in.ca.proximo alle.Auicen.
dum erat ſermo de tro.hodierno tempo
re cecidit eorum vſus ⁊ hoc propter ab
hominationem:⁊ ideo vt tunc dictū fuit
adminiſtrātur in forma pillulari.poſſet
ↄfieri ſic.℞.pul.troci.de camphora.ʒ.ſ.
cū ſiru.ro.vel de endi.q.s.fiāt pillule
tres deinde poſt dictas pillulas dentur
aquarum endiuie.⁊ cico.añ.℥.ij.ß.Item
ad hanc intentionem valet ſirup.ro.qui
vt ſolet adminiſtratur in die ſequēti poſt
medicinam ſolu.⁊ cum aquis appropria
tis de quibus dictuꝫ eſt et iſte ſiru.debet
eſſe factus ex roſis ſiccis non recentibus
ſicut communiter ſolet teneri ab aroma
tarijs quia eſt magis confortatiuus vel
loco ſiru.ro.det zucharum ro.antiquuꝫ
ad quantitatem.℥.ß.vel de diacitoniten
cū zucharo ſine ſpēbus vel de cōfectione
triaſandalorū.⁊ iſte eſt in cōi vſu ⁊ exhi
bent practici.ʒ.ij.vel circiter in mane:do
nec egritudo ſit remota.aliq̄n ēt loco ei⁹
dat cōfectio diarodō abba vel decoc.cōi
de qua decoc.habet in antidotario.ſed
iſta eſt magis in vſu:⁊ iſta cōfectio diaro
don exhibet coiter magis a practicis q̄n
timemus de oppilatione.Ab extra poſ
ſunt alterari membra et confortari ſicut
epar ⁊ cor ſic faciēdo.Primo ad cor epi
thima.℞.aquarū ro.℥.vj.vel.vij.buglo
ſe.℥.ij.ſandalorū oiuꝫ:dico notāter oiuꝫ
ꝑpter diuerſitatem medicorū coralloruꝫ
alborum ⁊ru.oſſis de corde cerui añ.℈.
ſ.croci.℈.ſ.cāphore gra.v.vel.vj.dūmo
do nō ſit vigilia aceti al.ʒ.ſ.ſ.vel.ij.fiat
epithima cum panno de ſcarlata vel ſin
done vel lino ⁊ cordi applicet.Pro epa
te fiat ſic.℞.aquarū endi.℥.vj.vel.viij.
ro.℥.ij.ſandalorū omniuꝫ.ʒ.ſ.pul.ſpice
nar.℈.v.vt cōſeruet virt⁹ epis cāpho.gra.
vj.niſi teneat vigilia aceti.al.ʒ.ij.miſce p
epe.⁊ no.q̄ iſta epithimata dn̄t admini

ſtrari ſtomacho ieiuno ⁊ non exiſtente re
pletione in ſtomacho vt habetur a Raſi.
10. continentis. c. de cura ethice. poſtea
tempore cibi remoueantur ⁊ poſſunt ad-
miniſtrari bis in die videlicet ante pran
dium ⁊ ante cenam. Et modus admini-
ſtrandi eſt hic. capiantur illi liquores et
in eis infundatur pannus lineus vel ali-
ter vt dixi: poſtea exprimatur ⁊ teneatur
intra palmas manum deinde fricet ma-
nibus vt actualis frigiditas remouea-
tur. ⁊ ſic fiat de corde ⁊ reiteretur tribus
vel quattuor vicibus. ⁊ hec de hac inten
tione.

¶ Septima ⁊ vltima intentio que eſt cu-
ra accidentium paucis expediendo quia
accidentia que maxime cōiunguntur in
hac febre ſunt aſperitas lingue. ſitis in-
ſtantia vigiliaruz ⁊ dolor capitis. Idcir
co incipiēdo primo a ſiccitate lingue ⁊ ſi
multa poſſint adduci remedia inter cete
ra ⁊ precipue q̄ ſunt in vſu ſunt ſicut pru
na ſicca madefacta in aqua et in ore retē
ta ſimiliter ceraſa acetoſa ſicca. Item ſe-
pe lauare os cum aqua ordei aut aqua
cocta ſimplici aut aqua recenti ſimplici
vel non cocta quando ſcis ꝙ non diglu
tiret. Item confert tenere de mucillagine
pſilij in ore in ſacculo paruo reiterando
ſ. vt ſepe madefacias in aqua or. aut co-
cta. iſta multum conferunt vt dicit Aui.
in principio. cure putri. in generali. Si-
tis autem remouetur etiam per predicta
medicamina. etiam capiendo de grana-
tis ⁊ de ſucco arantij. Et quando iſta nō
ſufficiūt exhibenda eſt aqua ſicut eſt aq̄
ordei ſm varias intentiones vt habetur
capitulo de cura putri. in generali. ⁊ de
bet dari in multa quantitate prouice. ali
qui etiam concedunt amarenatam. Do-
lor capitis remouetur cum fricatione ex
tremitatum ⁊ earum ligatura etiam cuz
earum infuſione in aqua calida: ⁊ hoc
eſt in vſu apud practicantes. Et quando
iſta non conferunt adminiſtrētur vento
ſe ſicce in ſpatulis. Inſtantia vigiliarū
remouet faciēdo inūctionē ad tpa et ad
plātas pedū cū vnguento populeone et
eſt vſuale ⁊ facimus ad ſomnum pūocā
dum et ſit actu frigidum. Item apud me
ſolet fieri īunctio ad intra nares cum
oleo violato et nenufarino ana. partes
equales pura ana. ℥. ß. ⁊ oleum lactuce
magis laudatur ab auctoribus ⁊ preci
pue ab Auicena. Item valet lotio tibia
rum ⁊ brachiorum cum aqua decoctio-
nis infraſcripte videlicet. ℞. maluarum
lactucarū folioꝝ violarū vitium ⁊ ſalicū
ana. M. j. Decoquantur in vna ſitula
aque vel circa duodecim bullitionibus
vel circa ⁊ cum iſta decoctione ſimul cuz
corpulentia dictorum fiat lotio accipien
do fumum per nares. ⁊ hoc fiat quando
intendimus prouocare ſomnum. Et quā
do iſta non ſufficerent et vellemus face-
re magis ſomniferuz addatur in dicta
decoctione de corticibus capitum papa
ueris. M. j. vel circa aneti. M. ß. quia fa
cit ad pūocandum ſomnum vt ſecundo
canon. capitulo proprio. ⁊ cum hoc etiaz
corrigit nocumentuz narcoticitatis cor-
ticum predictorum. Et ſi iſta non ſuffici-
unt detur ſirupus de papauere cū aqua
frigida ſecundum modum Senti. in ca-
pitulo de cura febrium acutarum cuius
doſis eſt. ℥. j. ß. Sed iſta narcotica cuz ad
miniſtrantur debent adminiſtrari cum
cautela. ⁊ quando alia non ſufficiunt ſe
cūdū doctrinā Me. in ſuo tractatu de cō
ſolatione medicinaruz intentione tertia
ca. 3. ⁊ cañ. 6. ⁊ debent adminiſtrari cor
pore exiſtente mundificato ⁊ non impuro
⁊ non immediate poſt cibū ſed poſt duas
horas vel circa: ſed conditiones que ha
bent obſeruari conſiderentur in dicto ca
pitulo ad qđ me offero. Caueatur etiam
ne corpuscul adhibetur fuerit cerebri ni
mis debilis ⁊ fri. ne per tale ſomniferum
dormiret dormitione perpetua. Item ꝙ
non patiatur catarruz cuius materia ſit
contenta in pectore: q² tunc prohibetur
ſecundum ſentētiam Aui. ca. de catarro
Et hec de cura iſta quare ⁊c.

¶ Cura tertiane non pure.

De cura tertiane non pure.
hec enim cura diuerſificatur
a cura tertiane pure in diffe
rētijs nouē poſitis ab Aui.
ad quasquidem recurrendū
ē diuerſificat ēt talis cura ſʒ maiorē aut
minorē elōgationē a tertiana pura putri

ctum fuit circa declarationem tex. Aui.
verumtñ vt modus ſpãliter habeatur ⁊
clarior magis ordinabitur cura hoc mõ
vz diſcurrendo ꝑ ſeptem intentiones ha
bendas quarũ prima erit adminiſtratio
regiminis in ſex rebus nõ nãlibus. ſcõa
ven. lenitio. tertia digeſtio. quarta eũo.
quinta ꝓuocatio vrine aut ſudoris. ſex-
ta mẽbroꝝ cõfortatio. ſeptima correctio
quorundã accidentiũ. ⁊ vltimo narra-
bũtur multa que cũ proprietate occulta
videntur magis iuuare ꝙ̃ cũ manifeſta.
¶ Quantũ ad primã intentionẽ incipiẽ-
do prio ab aere breuiter expediẽdo: aer
debet eẽ minus fri. ⁊ minus hu. ꝙ̃ in cu-
ra predicta ⁊ in tpe hyemali ſit decliuis
ad aliquã caliditatẽ ẜm Nicolum: ⁊ iõ
tunc tpis non eſſet incõueniens aliqñ ac
cẽdere ignẽ in camera pro aliquo tempo
ris ſpacio in aliqua parte diei. Cibi ſint
ſicut ptiſana ordeacea cũ zucharo pana
tella cũ butiro recẽti aut cũ brodio pulli
aut aliarũ carniũ laudabiliũ. Item far.
ordei nõ aũt frumenti qr tale far eſt opil
latiuũ vt Sen. ſuper prima tertij capitu.
de mania canina. Itẽ põt concedi amig-
dalatũ dummodo non eſſet profunditas
ſomni qr amigdale ſunt multũ vaporoſe
⁊ ſomnum inducunt. Item poſſent fieri
fercula ex bliti boragine petroſilio ⁊ ſi-
milibus qd̃ quidem petroſiliũ multũ cõ
fert in his ferculis cũ ſit multum aperi
tiuum ⁊ ſubtiliatiuũ materieruz groſſa
rum: ſed prius tñ materia digeſta ⁊ ali-
qualiter euacuata. Piſces ſint petroſi
boni ſicut dictũ fuit in cura tertiane pu-
re. Item conceduntur oua ſorbilia ⁊ re-
centia precipue in declinatione. etiaz in
aliijs temporibus intentione habita cõ-
ſeruationi virtutis: vt Sali. in terapeu-
tica ad glauco. ⁊ vt recitat Conciliator
in differentia. cx. in adiuncto ſcõo ita ẽt
ꝙ in cauſone conceduntur. ⁊ iſta oua de
bent eſſe recẽtia. vnde meſue capitulo de
cura tuſſis dicit ꝙ oua debent eſſe illius
diei. Conceduntur carnes perdicũ pullo
rum faſianoꝝ ⁊ aliarũ carniũ de quibꝰ
ſupra facta mẽtio in cura tertiane pure.
Itẽ poſſent concedi carnes leporis iuue
nis. Laudanẽ ẽt cappares ⁊ ſparagi cõ-
diti cũ aceto: ſed priꝰ digeſta ⁊ eũa tama

teria paſſule etiã ſine granis ſunt lauda
te. Potus ſit aqua ordei cũ zucharo vel
ſine prout magis libet infirmis in q̃ ſint
decocte radices feniculi ⁊ petroſilij qui
ſint lauati in aqua aut vino albo. In de
clinatione vero conceditur vinũ album
ſubtile medium inter antiquũ ⁊ nouum
⁊ ſit leue ⁊ bene limphatũ plus ⁊ minꝰ
ẜm potentiã vini ⁊ ẜm naturã infirmi ⁊
eius conſuetudinẽ. In declinatione etiã
conuenit brodiũ cicerum rubeoꝝ. In tẽ-
poribus aũt ante declinationẽ etiã cõce-
di poſſet tale vinũ habendo cõſideratio
nem ad conſuetudinẽ ipſius infirmi aut
ad naturã ſtomachi: videlicet ſi eſſet de-
bilis propter cõplexionẽ frigidã. Motꝰ
⁊ quies. aliquis motus leuis eſt cõueni-
ens in die quietis: non aũt tẽpore paro-
xiſmi ⁊ corpore potente tollerare eũ. Et
vbi non poſſet tollerare loco talis exerci
tij fiãt fricationes ⁊ precipue extremita-
tum videlicet tibiarũ ⁊ brachioꝝ: poſtea
leuiter pectineẽ caput. Et hec fiant ante
cibũ ſtomacho ieiunio ⁊ priꝰ habito vẽ.
beneficio naturalr̃ aut artificialiter in-
anitio ⁊ repletio. Cibatio vniuerſalis in
quantitate cõtinua ſit maior ꝙ̃ in tertia
na pura. Cibatio tñ particularis ⁊ ẜm
quantitatẽ diſcretã ſit minor. Exemplũ
primi damus cibũ groſſiorem ⁊ in maio
ri quantitate: ⁊ in toto tpe morbi in ter-
tiana non pura: puta carnes pullorum
quas exbibemus a principio vſq; ad ſta
tum excluſiue: vbi in tertiana pura loco
eius daremus ptiſanã or. Exemplũ ſecũ
di in tertiana pura cibamꝰ omni die: in
nõ pura vna die ſic alia die non ẜm ſen-
tentiam Salie. in terrapen. ad glauco. ⁊
Auicen. in capitulo proprio. Dico etiaz
ꝙ conſideranda eſt virtus conſuetudo
etas regio forma ⁊ reliq̃. accidentia aie
vitet irã triſtitiã ſuſpitionẽ cogitationes
malas ⁊ horribiles ſed in ſumma tpate
gaudeat ⁊ bene ſperet de ſalute ſua. Et
hec de prima intentione.
¶ Secunda intentio que eſt ven. lenitio.
Iſta q̃dẽ ꝑficitur cũ cliſteribꝰ aut cũ me-
dicinis q̃ ſumuntur ꝑ os. cliſtere ſit vt in
fra. ℞. caſſie electe nouiter extracte. ℥. v
hiere. s. g. ℥. ß. olei violati ⁊ camomilli-
ni añ. ℥. i. ß. mellis roſati colati. ℥. i. vel

ſ.ß.ſalis triti.℥.j.cum deco. maluarum mercurialis foliorum blitis fiat cliſtere. hoc eñi cliſtere dicit̃ eſſe acutuʒ reſpectu cliſteris qđ competit in tertiana pura. ⁊ que quidem cliſteria ſunt acuta conuenientia in tertiana nõ pura vt ptʒ ex ſententia Aui. Si volumus lenire p̱ os fiat ſic. ℞.caſſie electe nouiter extracte.ʒ.vj. diafeniconis.ʒ.ij.vel.iij.miſce ⁊ cũ ʒuca. fiat bolus. Si in forma potabili diſſoluatur cũ deco.cõi.hec enim medicina vltra hoc ꝙ ſit lenitiua eſt etiã eũatiua materie proprie: q̃ quidẽ euacuatio minoratiua cõfert in tali febre conſiderata multitudine materie ſicut dictum fuit in declaratione exitus.

¶ Tertia intentio q̃ eſt digeſtio. Iſta quidem perficitur exhibẽdo talẽ ſirupũ. vʒ. ℞.ſiru.aceto.s.℥.j.mellis roſ.colati.℥.ß.aquarũ endiuie.℥.ij.bug.℥.j.miſce. In proceſſu poſt digeſtionẽ mẽ ⁊ aliq̃lẽ eũonem cõpetit ſir. fortior p̄dicto ſir.vʒ ſir. de biſã.cũ aceto ſi mã ſit viſcoſa aut multum mixta cũ colera aut ſir. acetoſus cõpoſitus cuius quãtitas ſit.℥.j.mellis roſati colati.℥.ß. Et vbi materia non eſſet multũ viſcoſa poſſit exhiberi ſiru.de biſantijs ſine aceto permiſcendo ſecũ mel roſatum quod quidem conceditur vt puta quia abſtergit flegma cui⁹ minera eſt in ſtomacho. Ubi ramen feb. eſſet valde intenſa vtputa nõ eſſet multum elongata a tertiana pura poſſet dimitti mel ro. ⁊ exhibere ſirupos predictos maxime ſirupum acetoſum.s.cũ habeat oẽs intẽtiones quas querimus vt virtutẽ inciſiuam ſubtiliatiuã ⁊ digeſtiuã p̱ut ſupra in cap. vniuerſali de cura fe. putridarũ.

¶ Quarta intentio eſt eũo que cõpletur ſic: vʒ faciendo floboto.ſi expedit: vt puta ſi vrine eſſent groſſe ⁊ ſubrubee ſicut dictũ fuit circa declarationem tex. Auic. prius tamen fiat lenitio ven.ſalteʒ cum cliſteri quod p̱ro tũc non ſit acutum ſed tantummodo lenitum. poſtea vero fiat euacuatio cum medicina ſolutiua prius exiſtente materia perfecte digeſta: q̃ eũo ſit eridicatiua vbi per. flo. tota materia non eſſet euacuata aut vbi eſſet materia ſeparata a ſang.qꝛ p̱ flo.nõ eſſet educenda cũ iſta eſſet inepta euacuationi. Medicina autem cõueniens in dicto caſu vʒ. ad eradicandũ materiã antecedentẽ tertiane non pure. Et ſi plures poſſent deſcribi medicine ad hoc p̱poſitũ inter ceteras videtur eſſe conueniens iſta ⁊ eſt. ℞.reubar.electi ⁊ mũdi.ʒ.ij. ſpice parũ incidant̃ minutim ⁊ infundant̃ in aquis endi.buglo.⁊ abſy.añ.q. s.addẽdo vini al.odoriferi parũ puta.ʒ.ij.vel.iij. dimittantur in infuſione p̱ horas duas deinde infundantur agari.electi.ʒ.ij.ʒinʒib.℈.ij.dimittantur in infuſ. p̱ horas octo, deinde foris fiat exp̄ſſio cui addat̃ diacatoliconis vel caſſ.nouiter extracte.℥.ß. diafinico.ʒ.ij.vel.ij.ß.plus tñ ⁊ min⁹ habendo cõſiderationẽ ad etatem ⁊ alia.⁊ fiat potio addẽdo ſiru.vio.℥.j.vt ſi etiam tempus eſtiuũ. Nota ꝙ licet cõiter fiat infuſio reubarba.⁊ agarici diuiſim. ego tamen ſimul facio propter maiorẽ cõmixtionẽ.⁊ qꝛ agari.eſt mollior prepono reubarbarũ poſt addo agaricũ vt in exẽplo dicto. Aliqñ ad euitandũ expenſas infirmorum aut ad cõplacentiã eoꝝ dimittimus reubar.⁊ agari.⁊ ſolũ damus electuarium diafi.ſed tũc damus maiorem doſim ⁊ de eo gratia exẽpli a.ʒ.iiij.vſqȝ ad.v. Aliqui ſunt qui p̱trãſeunt vſqȝ ad.vij.vñ Meſue dicit doſis eius eſt a.ʒ.v. vſqȝ ad.vij.ego autẽ non pertranſeo.ʒ.v. poſtea vero det̃ lauatiuũ cõpleta op̱atione medicine qđ fit ex aqua or. Et ibi febris nõ ſit multũ intẽſa ⁊ nõ fuerit elongata multũ a tertiana pura cũ ordeo in dicta aq̃ facio addere parũ aniſoꝝ cõfectoꝝ vt ponit Nicolus ſermone ſcđo.c. de cañ.gñalibus. Die vero ſequenti põt exhiberi ſiru.ro.vel ʒucha.ro.cũ aq̃ abſyn.aut vbi.feb.fuerit elongata a puritate precipue tp̱e hyemali põt exhiberi.ʒ.j. mitridati cum.ʒ.ij.ʒuchari ro.

¶ Quinta intẽtio que eſt prouocatio vrine aut ſudoris ad hanc intẽtionem paucis expediendo confert aq̃ ordei: in qua ſint decocte radices apij aut petroſilij.⁊ iſta aqua cũ fuerit actu cal.det̃ ad quantitatẽ.℥.vj.vel circa. Et vbi nõ magis inclinaret ad ſudorẽ q̃ȝ ad eũonẽ p̱ vias vrine ꝯueniẽs eſſet poſt decentẽ coopertur[ã]

pannorū vt inclinaret ad dormitionē: q
tūc melius operaret ⁊ debet exhiberi tē-
porib⁹ debitis nõ existente ſtomacho re-
pleto ex cibo ſ ſtomacho exiſtēte vacuo.
¶ Sexta intentio que eſt cõfortatio mē-
brorum que laxa ſunt precipue poſt euacua
tiones naturales aut artificiales omit-
tendo multas medicinas que poſſent de
ſcribi narrabunt ſuccinte ⁊ breuiter ali-
qua que ſunt magis vſualia ⁊ precipue
apud me: quorū quedā ſunt que exhiben
tur per interius ⁊ quedam per exterius.
Per interius conueniūt tro. de roſ. ⁊ eu-
patorio precipue quādo timemus caſum
in hidropiſim propter oppilationem que
plurimum coniungit in huiuſmodi febre
⁊ doſis eius ſit. ℥. j. in aurora ſtomacho
ieiuno precedentibus euacuationib⁹. Et
q tro. ſunt abominabiles reducant in for
ma pillulari cū aliquo conuenienti ſirupo vt
cū ſiru. de biſan. aut de eupatorio ſumen
do poſt aſſumptionē earū de aquis endi.
⁊ abſyn. ana. ℥. ij. ß. vel detur ſiru. conſue
tus loco predictarū aquarū ſm quod magis
placet infirmis. Itē ad hanc intentionem
confert adminiſtratio aromatici roſ. de
coc. cõi. ⁊ Gabrie. ad quantitatē. ℥. ij. in hora
ſcz ſuprāſcripta. ⁊ ſimiliter ſumendo aut
ſiru. ſuum conſuetū aut aquas predictas
Et ſi timeremus de caliditate epatis poſ
ſemus ordinare medicinam vt infra. ℞.
ſpecierū aromatici roſ. decoc. cõi aut Ga
brie. ſpecierū diarodon ab. an. ℥. ß. pellicu
larū ſtomachorū gallinarū preparatarum.
℥. j. pul. epatis adib. i. lupi. ℈. ij. zuchari
albi qd ſufficit diſſoluti in aquis endi. ⁊
abſyn. an. q. s. fiat cõfectio in morſellis ⁊
de iſta confectione ſumat tempore debi-
to iam dicto ad quātitatem. ℥. ij. Ab ex-
tra vero fiat vnctio cum oleo de maſtice
aut de ſpica aut vtriſq ſimul vngēdo ſto
machum ⁊ alias partes ven. vſq ad hi-
pocundrium dextrum ⁊ ſit oleū actu cal.
Poſſunt etiā fieri fomētationes ex aqua
decoctionis florū camomille ſummitatū
abſyn. cum modico ſpicenardi ⁊ cinnamo
mi electi groſſo modo contuſi addēdo et
modicum vini albi ſubtilis ⁊ odoriferi:
que decoctio bulliat donec cõſumpta ſit
quinta pars vel circa. in iſta decoctione
madefiant ſpongie fortiter expreſſe inter
duo inciſoria poſtea inuoluta petia li-
nea ſuperponatur ſtomacho reiterando
ter vel quater ſtomacho ieiuno ⁊ aliis cõ
ditionibus. poſtea exiccet leuiter cū pan
no lineo calido. deinde fiant vnctiones
cū dictis oleis. ⁊ vbi cõiungeret ventoſi-
tas dolorē cauſans in predicta decoctio-
ne addant ſemina aniſi feniculi ⁊ ſimiliū
ventoſitatem reſoluentium.
¶ Septima intentio eſt correctio accidē
tiū quorundā: quorū quedā ſunt que cõ-
muniter ſolent magis accidere: vt puta
proſtratio appetitus ⁊ profunditas ſom
ni. Ad hanc enim intentionem ⁊ primo
quātum ad incitandum appetitū valent
cappares condite cū aceto de quibus di
ctum eſt in intentione prima. Item oliue
condite ſed bene maſticate ppter earū vi
ſcoſitatem ⁊ difficultatem in digerendo.
Itē aliquādo poſſet adminiſtrari de dia
citoniten cū zucharo ſiue ſpecieb⁹ dando
℥. ij. vel circa ſingulis vicibus ⁊ ante aſ-
ſumptionē cibi ſaltē per horā. Item põt
fieri inunctio cū oleis ſupraſcriptis addē
do de oleo mēte ⁊ citoniorū partes equa
les. Quātū vero ad profunditatem ſom
ni omiſſis multis remediis ab aliis au-
ctoribus precipue ab Aui. c. de cura ſu-
beth poſitis confert odorare acetum cal.
fiat ergo ſic. accipiatur ſpongia ⁊ infun
dat in aceto cal. ⁊ teneatur ad nares ad
odorandū. Item ſi lauetur facies ex di-
cto aceto multū cõfert aut accipiēdo pen
nam galline ⁊ intingendo in aceto ⁊ tan
gendo angulos lacrimales domeſticos.
Ultimo reſtat vt narrentur aliqua ab au
ctoribus medicine poſita que magis vi-
dentur a proprietate iuuare quam a qualita
te manifeſta: quorum aliqua ſunt que ab
intra aliqua que ab extra approximan-
tur. De his enim que per interius ſumun
tur ſunt ſicut radices plantagi. ſi ſuman
tur tres numero ⁊ exhibeātur ſtomacho
ieiuno ante horā acceſſionis. hoc enim nar
rat Nicolus ſermone ſcdo diſtinctione
tertia ſumme ſecunde caplo octauo au-
ctoritate fidelis experimentatoris. Item
laudatur ſingulariter ſuccus plan. quū
ſit depuratus ⁊ colatus ad quantitatem
ℨ. iij. ⁊ tribus vicibus ante acceſſionem.
⁊ dicit Fran. de pedemontium auctoris

rate Alex. ꝙ ſtatim liberat ⁊ ꝙ eſt exper
tus. Ego aūt nunꝙ̄ expertus ſum. Item
laudatur camomilla a Sal. in tertio de
ſimplici medicīua: ⁊ a Serapione in ſuo
de ſimplicibus caplo proprio de camo-
milla. ⁊ dicit Nicolus in predictis locis
capitulo tn̄ nono circa finem capituli ꝙ
debet exhiberi ſuccus florum camomille
ab. ℥. j. vſqꝫ ad. ij. ⁊ ſit depuratus clarifi-
catus ⁊ permixtus cū zu. ⁊ pul. liquiri. ⁊
vbi flores eſſent ſicci ⁊ non poſſet haberi
ſuccus infundant in brodio aut in aqua
lactis vel endi. Et ego dedi multos flo-
res intinctos in aqua ſimplicir faciendo
decoctionem de eis precipue qn̄ feb. erat
coniuncta cū dolore: qꝛ Serapio loco al
legato dicit ꝙ eſt de fortibus ſedatiuis
dolorūr precipue etiā debet cōuenire qn̄
feb. non fuerit multū intenſa. Per exte-
rius narrat etiā Nicolus loco allegato
ſcilꝫ caplo. viij. auctoritate aliorum ꝙ ſi
capiatur vrtica maior trita cuꝫ multo ſa
le ⁊ ligetur ſuper tempora ⁊ pulſus bra-
chiorū ſtatim curat tertianā. Eſt aliud re
medium ab extra vt narrat auctor pan-
dectarū: etiam ponitur ab Aui. ſcdo can̄.
⁊ auctor pandectarum dicit auctoritate
Dioſco. ꝙ ſi capiatur tela aranea cū ali
quo vnguēto aut vt dicit Auicen. cū ali-
quibus emplaſtris ⁊ ſuper tēpora ⁊ pul-
ſus brachiorum ponatur ꝙ curat. Et hec
de hac cura: quare ⁊c.

¶ Cura cauſonidis.

IN cura cauſonidis pauca di
cenda ſunt: cū eius cura ſit p
xima cure tertiane de qua ſu
pra dictum eſt. Differt tn̄ cu
ratio qꝫtum ad aliqua vꝫ qꝫ-
tum ad alterantia que debent eſſe fortio
ra in hac febre. Item quantum ad leni-
tionē ven. que debet eſſe maior ꝑpter ma
iorem ſiccitatem ven. ⁊ cū rebus magis
infri. Item quātum ad ſubtiliationē re-
giminis que debet eſſe maior ꝑpter ma-
iorem febrem. Item quantū ad euacua-
tionē materiei. ſ. minoratiuam proprie a
qua frequentius inchoandū eſt propter
cauſam dictam in declaratione cure ſm
Aui. vꝫ ꝑpter furioſitatem materie. Ve-
rumtamen vt clarius habeat modus cu
rādi cōdeſcēdēdo ad ſpālia ⁊ primo quā
tum ad ſex res nō materiales aer dꝫ eſſe
decliuis ad maiorē fri. alterādo ipm mō
dicto in cura tertiane pure: ⁊ frequētius
renouent iſta alterātia ⁊ que ſint ex reb⁹
magis frigi. Cibi ſint ſicut caplo preha
bito dictū fuit ⁊ ſpāliter cōuenit ptiſana
or. ⁊ panis lot⁹ in aqua pluries ⁊ cū mul
ta quantitate aque exhibit⁹ vt facilius
deglutiri poſſit qꝫ ea q̄ ſunt maſticabilia
vt facilr ab infirmis accipiant. Itē con-
fert panis lotus vt dictū eſt: deinde cōpo
nendo cū eo de vino granatorū talis. n. ci
bus eſt multū cōueniens qꝛ eſt multū mi
tigatiuus ⁊ extinctiuus caloris feb. Ole
ra vero ſunt ea que ſupra caplo de tertia
na dicta ſunt. ⁊ inter ea multum confert
portulaca ſiue fuerit preparata cū aceto
ſiue nō ſm infirmorū cōplacentiā. Car-
nes ēt cōcedunt ꝑpter timorē caſus vir-
tutis vt carnes pullorū alterate cū rebus
fri. vt ſucco arantij limonū agreſta ſucco
granatorū muzorū aut acetoſoꝝ non aūt
dul. ꝑpter cām caplo prehabito dictaꝫ.
Et no. ꝙ cibi debēt exhiberi actualr fri.
Itē poſſent alterari ſm modū meū cōſue
tū ponēdo in vētre dictarū pullarū lacru
cam portulacā ⁊c. Fruct⁹ cōceſſi ſunt qui
dicti ſunt caplo prehabito vt poma arā-
tia granata muza aut acetoſa. Itē dicit
Nicolus ꝙ poſſunt exhiberi vue q̄ non
ſunt dul. ⁊ ſunt ille que maturant in fine
autumni ⁊ in hyeme. Pot⁹ ſit ſicut aqua
or. vinū granatorū acetoſorū vel muzorū
ſingulr vel cōmixtim cū aqua or. Itē iu-
lep cū dicta aqua ſiue vio. ſiue roſ. vinuꝫ
tamen aliqn̄ concedit. ſ. in declinatione
aut in alijs temporib⁹ hn̄do reſpectū ad
virtutē ⁊ ſit al. debile ⁊ bene limphatum
Motus ⁊c. abſtineat ſe ab omni motu ⁊
fricatione precipue fortibus ſꝫ vtat quie
te. Somnus ⁊c. procuret dormitionē ſa-
tis longaꝫ ⁊ vitet vigilias niſi in caſu in
quo accidit profunditas ſomni ſicut di-
ctū eſt in expoſitione capli. Inanitio ⁊c.
dieta debet eſſe ſubtilis et ſubtilior qꝫ in
tertiana ſiue interpollata ſiue continua
Accidentia anime bene ſperet de ſalute
ſua et gaudeat quantū poſſibile eſt.
¶ Quantuꝫ ad medicinalia ſummatim

expediendo primum qđ habet medicus facere cum occurrit infirmo ordinato debito regimine dʒ lenire ven. ſaltem cum cliſteri qđ dʒ eſſe magis fri. ꝙ in cura tertiane predicte. vñ in. d. cliſteris de qua ſupra addantur ſicut pruna viole tamarindi ꝛ ſimilia infri. magis. Si fiat lenitio ven. per medicinas que ſumantur per os cōiter datur decoctio ex tamarindis violis prunis ꝛ ſimilibus rebus in quibus diſſoluat᷑ caſ. aut fiat ſic ſm modū meuʒ conſuetum etiā in alijs feb. inflāmatiuis Si fiat lenitio per os ordinatur iſto mō. ℞. caſ. electe nouiter extracte. ℥. ſ. diſſoluatur in aqua endi. ꝛ fiat potio addendo ſiru. vio. ℥. j. ꝛ ſi expedit vt fiat flo. fiat ex cōi vena aut baſilica prius tñ ven. lenito Sed vbi materia ſit ſeparata a ſan. poſt lenitionem predictā eūetur materia illa a pri. differēdo ſaltē ꝑ diē poſt lenitionē Et hec minoratio materie ꝑ prie dʒ fieri nō expectata digeſtione ꝑpter cām dictam in declaratione tex. Iſta aūt eūo fit cū medicinis de ꝗbus facta fuit mentio ſupra. ſ. cum elio roſ. Meſ. cum elio ſucci roſa. ꝛ cū reubar. ꝛ hoc in cauſone noto. ſ. a flegmate ſalſo ꝛ addat᷑ cuʒ reuba. infuſio aga. poſtea minorata materia debemus digerere reſiduū vt illa poſſit eradicatiue eūari ꝗuis raro eūetur qꝛ plurimum per criſim eūatur. Digeſtiua vero ſint paucis expediendo ſiru. acetoſus cū ſirup. vio. vel oxizacchara que in paucis differt a ſiru. acetoſo ꝛ eſt res grata infirmis ꝑpter granata acetoſa que ingrediuntur in eo. Si expedit digeſta materia eūare artificialiter eūetur cuʒ medicinis ſepe narratis ꝛ natura inclinante ad vomituʒ adiuuet᷑ beneficio medici. Poſtea ſit intentio nr̄a ad ꝯfortādum membra ꝛ hoc cum cōfectionibus triaſan. ꝛ cum aꝗ fri. in multa quātitate exhibita prius obſeruatis ſupraſcriptis conditionibus Item etiā alterando cum epithimatibus fri. ſm modum datū in capl'o de cura tertiane. Deinde ſuccurramus accidentibꝰ videlicet inſtātia vigiliarū aſperitati lingue ſiti vehemēti dolori capitis ꝛ hmōi quibus prouidendū eſt ſm modū in alijs capitulis declaratū. Et qꝛ qñqꝫ ſolet aduenire fluxus ven. cui Aui. docet ſuccurre cum tro. de ſpodio cui addat᷑ ſiru. roſ de roſis ſiccis prout alias dictum eſt. aut loco eius detur ſiru. de citonijs vel de ſucco ace. vel de granatis aut de ribes. ꝛ in hoc caſu tunc dimittat᷑ iulep ꝛ zucharū quantū poſſibile eſt: qꝛ faciliter conuertitur in colerā ꝛ cum eſt ſolutiuū vt Aui. ſcđo cañ. ca. de zucharo. Et hec de cura cauſonidis dicta ſufficiant: quare. ꝛc.

¶ Cura febris ſanguinis.

In cura febris ſanguinis in qua medicū opʒ eſſe ſollicitū cum ſit egritudo acuta ꝛ in qua magna eſt ſollicitudo hñda ſm ſnīam Hipp. ſcđo regi. acu. volens medicū eſſe ſollicitū circa egritudines acutas. vñ Ra. x. cōtinentis dicit febricitantes ꝛ ꝑcipue acute nō ſolum opʒ eos viſitare ſed cōtinue eis aſſiſtere. Specialiter ergo ad ipſam condeſcendendo primo ordinabitur debita regiminis adminiſtratio que dʒ eſſe tendēs ad fri. ꝛ aliqualiter ad ſic. ſcđo videbitur qualis debet eſſe cura quantum ad medicinalia.

¶ Quantū ad primū incipiēdo primo ab aere aer dʒ eſſe ad fri. ꝛ ſic. declinās. vñ Gal. ix. terapē. docet alterare camerā terreſtrē in qua forte feneſtre ſunt ſeptētrioni expoſite ꝛ dʒ locus alterari cū rebus frigidis odoriferis vt cū ro. folijs ſalicū ꝛ vitiū ꝛ in ſumma fiat ſm modū dictum in. c. de cura tertiane pure. Cibi ſint ſicut priſana ordei ꝛ panatella condita vt ſupra. conceditur etiā amigdalatū ſʒ prius dʒ expumari eius vnctuoſum: ꝛ dūmodo nō fuerit profunditas ſomni ꝛ hoc ꝑpter cauſam in alijs ca. dictā vʒ in. c. de cura tertiane. pōt etiā concedi far ordei colatū aut nō colatū. Olera ꝗ cōueniunt ſunt vt lactuce ꝗ ſʒ Sen. appellant᷑ ab Aui. olus bñdictū. cōuenit acetoſa ſpinachia endi. ꝛ cucurbite alterate cū aceto aut agreſta ꝯcedunt᷑ etiā lentes cū aceto. ſʒ dicit Nicolus ꝙ debēt eſſe excorticate aut cocte in duabus aquis primā aquā abijciēdo. Carnes etiā pñt cōcedi ſicut dicit Nicolus auctoritate Serap. ꝛ maxime in declinatione. etiā in quocūqꝫ alio tpe ſtan

Q

te debilitate virtutis. ſed debēt eſſe alte-
rate ſm modū dictū in cura cauſonidis.
Fructus ſunt ſicut melones indi ⁊ cucu-
meres vt ponit Aui. Itē cōcedunt pruna
matura in modica quātitate natura exi
ſtente ſicca. natura vero exiſtēte nō ſic. fru
ctus q̇ cōcedunt ſunt ſicut granata ace-
toſa aut muza cōcedunt etiā pira de ſeni
ideſt de illa cōtrata. ⁊ iſta concedunt ab
Aui. apud quē etiā cōcedunt pira de ſen.
ſimiliter granata aut acetoſa aut odori-
fera ſm ꝙ auctores diuerſimode expo-
nunt. cōceduntur etiā iuiube apud Aui.
Nota in iuiubis q̈ oritur dubitatio: q̈
Aui. ī p̄ſenti cura laudat iuiubas. ⁊ ſcda
cañ. c. proprio dicit ꝙ in nulla cōueniunt
egritudine. ſolue ſi vis. Potus ſit ſicut
aqua ordei vel vinū granatoꝝ vel aqua
ſimplex cocta permixta cum dicto vino
aut cū iulep ro. vel vio. vinum vero cōce-
ditur in declinatione ⁊ Serap. etiam in
quolibet tēpore in quo videamus ꝙ opꝫ
ſubuenire virtuti ⁊ ſit vinū pauciferum ⁊
bene limphatū. Motus ⁊c. abſtineāt ab
omni motu q̄ itū poſſibile eſt ita ꝙ vitent
multā loquutionē ⁊ crebram reuolutio-
nem de latere ad latus. nam dicit Raſis
16. cōtinentis. Motus reſuſcitat febreꝫ
⁊ incēdit eā ſicut folix ignē. Somnus ⁊c.
vitent ſomnū ⁊ vigiliā ſuꝑfluas. naꝫ ſom
nus laxat caput ⁊ totū corpus grauat.
vigilie vero impediunt digōneꝫ cibi. ⁊ po
tus vt habet ab Hippo. ſcdo regi. acu.
Mēſura aūt ſomni ⁊ vigilie ſtat in eſti-
matiua medici cōſiderātis etatē cōſuetu
dinē virtutē ⁊ reliqua cōſiderāda. ⁊ ſit le
ctus de coto ſiue corio inflato more tur
chorum. aut ſm quendā ſolet fieri ſic vꝫ
accipiant pelles ⁊ teneant ſub dorſo vel
accipiēdo coopertoriū pellis cuius char
ta ſit inter lintheamē ⁊ dorſum ⁊ ſint lin
theamina munda ⁊ ſepe remoueantur vt
dicit Nicolus ſermone. ij. ſumma. iij. tit.
ij. ſiue. iij. ſ. de dieta febriū acutarū. Culci
tra ſit leuis ⁊ ſtet cū capite eleuato ⁊ fa-
cie oīno diſcooperta ⁊ ſtet magis ſuꝑ la
tus dextrū q̄ ſiniſtrū. Inanitio ⁊ reple-
tio. dieta dꝫ eſſe ſubtilis ⁊ ſubtilior q̄ in
alijs tꝑibus. dꝫ eſſe in ſtatu ⁊ verſus ſta-
tū habēdo tñ reſpectū ad virtutē ⁊ cōſue
tudinē. vñ lꝫ antiq̄tus ſubtilius dietarēt

q̄ nūc: hoc accidit plerūq̄ q̈ hodierno
die hoīes ſunt debiti magis luxui ⁊ gule
etiā fortaſſe hoc eſt q̈ a parētibus ꝓdu-
cti ſunt debiliores ꝓpter q̄s cauſas etiā
ꝓpter vitare infamiā groſſius nūc dieta
mus vt Nicolus ponit ſumma prima ſer
mone. ij. tit. ſ. c. ix. de dieta in vlī. In decli
natione vero. ſ. reſpectu alioꝝ tēporū vbe
rius eſt reficiē. ſm doctrinā Sera. ⁊ hoc
ſm quātitatē cibi in dicto tꝑe debent eſſe
minus fri. q̄ in alijs tēporibus preceden
tibus: tū ꝓpter ſlo. magnā plurimū neceſ
ſariā: tum ꝓpter regimē precedēs multuꝫ
fri. timet ne materia conuertat ad natu-
rā flegmaticā. Accidētia aīe vitent furo
rē iram triſtitiā: ſed incliner ad gaudiuꝫ
⁊ letitiam moderate. ⁊ bene ſperet de ſa-
lute ſua.

¶ Cura quantū ad medicinalia conſiſtit
in intentionibus infraſcriptis. naꝫ ſi feb.
ſan. nō putrefacto duplex tñ ſufficit in-
tentio. Quarū prima eſt eūo ꝑ flo. vſq̄ ad
ſincopim vt fere oēs auctores aſſentiunt
quāuis tamē partitio in ea ſit melior vt
ſtatim dicetur. Alia intētio eſt alteratio
que ſit per potū aque fri. in multa quan
titate exhibite ſtantibus cōditionibus re
quiſitis de q̇bus ſepe dictū eſt. nam hec
duo. ſ. flobo. de qua dictū eſt ſupra ⁊ ſimi
liter potus aque fri. excuſant q̄ſq̄ a cu-
ra. alia vt vult Aui. Si vero fuerit feb.
ſanguinea de ſanguine putrefacto vltra
p̄dictas intentiones ſunt multe alie hñ-
de. quarū prima eſt ven. lenitio ſcda dige
ſtio ipſius hu. vꝫ ingroſſatio eius ſi fue-
rit ſubtilis aut eius ſubtiliatio ſi fuerit
groſſus. tertia ē eūo hu. derelicti poſt flo.
aut hu. ſanguinē ipſum reddētis immun
dū. q̄rta eſt rectificatio putrefactiōis. q̇n
ta pororū apertio ⁊ reſo. vaporū. ſexta al
teratio cali. febrilis. ſeptima ⁊ vltima cor
rectio quorundā accidentium.

¶ Prima intētio. ſ. lenitio ven. cōplet ꝑ
cliſteria aut ꝑ adminiſtrationē lenitiuoꝝ
ſcꝫ caſſia tamarin. ⁊ ſimiliū de q̇bus di-
ctū fuit in curis antecedētibus. ⁊ que le-
nitio regulr̄ oꝑando dꝫ p̄cedere flo. coa-
cte tñ. aliq̄ū p̄ponēda eſt ⁊ incipiendū eſt
ſtatim a flo. q̄ñ ꝓpter multaꝫ ſanguinis
repletionem timeretur de ſubita infirmi
riferā ⁊ poſtea camera rectificetẗ ſm mo-
dum dictū. Cibi debent eſſe facilis dige-
ſtionis ꝑpter debilitatē virtutis que cō-
muniter coniungitẗ ꝑpter venenoſitatem
materie: ⁊ ideo debent eſſe tales vt poſ-
ſint bene digeri. vnde cibi qui cōceduntẗ
in bac egritudine primo incipiendo a pa
ne cū ſit in cōmuni vſu magis ꝙ̄ alij cibi
⁊ fere in omni egritudine debet eſſe pa-
nis de bona farina ⁊ bene fermentatus ⁊
in quo tēpore fermentationis ponatẗ pa-
rum aceti. Fercula ſint ſicut ptiſana or-
dei ⁊ panatella prius bene lauando pa-
nem ter aut bis ſcđm modū dictū alias
precipue in cura tertiane pure. Item lau
datur fere ab omnibus auctoribus medi
cine lac acetoſum a quo eſt extractū bu
tirum. Carnes que conceduntẗ ſunt ſicut
carnes bedi aut vituli aut vitule lactan
tis. Item carnes pullorum faſſianorū per
dicū auium paruarū ⁊ minutarū: ⁊ debēt
eſſe dicte carnes preparate aſſando ⁊ nō
elixando: nec debent eſſe multū pingues
⁊ vnctuoſe. nam elixa ⁊ vnctuoſa vitari
debent quātum poſſibile eſt vt dicit Ni
colus ⁊ debent eſſe preparate cum aceto
ſeu cum alijs rebus acetoſis vt cum agre
ſta ſicut arantij aut limonū ⁊ ſimilium ⁊
debent comedi actu frigide. oēs enim ci
bi ⁊ etiā potus vt dicit Nicolus debent
eſſe actu frigidi. Olera que conueniunt
ſunt ſicut blites endiuia lactuca portula
ca cicorea ⁊ acetoſa precipue. ⁊ iſta etiā
cōueniret preparare cū rebus dictis ace
toſis. conceduntẗ etiā vitelli ouorum ſimẗ
liter preparati cum aceto ⁊ alijs rebus
acetoſis dictis vt vult Raſis in diuiſio
nibus. Fructus qui conceduntẗ ſunt ſicut
limones pruna arantia ſuccus citri gra
nata muza aut acetoſa pruna mediocri
ter matura. Iſta tamē debēt ſumi in mo
dica quātitate ⁊ ſepe niſi aliquod accidēs
impedierit vt dicit Franciſcus de pede
montium. Potus ſit aqua ordei actu fri
gida ⁊ cū ſuccis predictis vt granatorū
⁊ ſimiliū vt dicit Frāciſcus de pedemon
tiū: et vt dicit ſint in quātitate multa ne
eorū paucitate inflāment et ſitim augeāt
niſi fuerit qđ probibeat. Itē vt dicit Aui.
conuenit acetum mixtū cū aqua frigida.
Item aqua frigida multa ⁊ ſubito bibi
ta in vna vice aut in pluribus vicibus: il
la eñi vt dicit eſt iuuatiua valde. pauca
aūt frequēter bibita fortaſſe nocet ⁊ eſt qꝛ
excitat caliditatē et non extinguit ſicut
facit aqua plurima: tamen vt puto boc
debet intelligi ꝙ datur aqua in multa
quātitate ratione medicine non autē ra

ſione potus permixti cum cibo quoniaꝫ talis aqua in multa quãtitate exhibita ſua grauitate faceret deſcendere cibum indigeſtum. Conceditur etiã vinum granatorum cum aqua veri frigoris a Gulielmo in practica ſua. conceditur etiam a Raſi vinum album odoriferum cui ſit admixtum quintupluꝫ aque frigide dulcis. ⁊ hoc in diuiſionibus. Franciſcus de pedemontium dicit ꝙ vinum debet eſſe album acerbum permixtuꝫ ſm̄ ꝙ exigit diſpoſitio feb. ⁊ tollerat diſpoſitio ſtomachi. ⁊ vbi non reperiretur vinum albũ dicit Nicolus ꝙ loco eius poſſet dari vinum rubeum ponticũ ⁊ odoriferum. Motus ⁊ quies quieſcat eger ⁊ nõ moueatur quantũ poſſibile eſt ne neceſſitas attrahendi aerem malũ peſtilentialẽ augeatur. Somnus ⁊ vigilia. dicit Nicolus ꝙ debent vitare vigilias ⁊ pro poſſe dormiãt in loco odorificato niſi accidẽs ꝓfunditatis ſomni dormitioni cõtradixerit. Franciſcus autem de pedemontiuꝫ in hoc aliqualiter vr̃ aduerſari Nicolo q2 dicit ꝙ parum dormiant ⁊ magis vigilent vt caliditas interior ad extrema trahaẽ. Sed pro concordia puto eſſe dicendũ ꝙ quilibet ꝓceſſit cum eſtimatiua ſua habendo cõſiderationẽ ad virtutem etatem ⁊c. Inanitio ⁊ repletio. vitari debet repletio ſuperflua. vnde Auicẽ. dicit ꝙ cibi multi ſunt mali: q2 ex eis fit additio materie morbi. debet tñ ſe abſtinere a fame vt vult Gulielmus qui etiã vult ꝙ omni die eger habeat lenitionẽ ventris. ſint ergo cibi pauce quãtitatis in vna vice ⁊ cibetur pluribus vicibus in die naturali vt fiat malorum ſpirituũ regeneratio que eſt neceſſaria propter corruptionem feſtinã quam recipiunt. vñ ſpiritus non ſufficiũt pro ſuſtentatione virtutis. ⁊ ideo vt fiat eorum regeneratio neceſſarius eſt cibus in parua quãtitate vt dictũ eſt ⁊ facilis digeſtionis. ⁊ cogendus eſt patiens ⁊ inuitandus ad ſumẽdum cibum. nam dicit Aui. ⁊ reſtaurẽtur ad comedendũ. i. inuitentur ⁊ cogantur. ⁊ poſtea ſubiungit. ⁊ plurimi eorum qui viriliter comedunt ⁊ violenter ⁊ ſi nõ appetunt abſoluunẽ ⁊ viuũt. Accidentia animi. caueat a malis ⁊ ſuſpectuoſis paſſionibus animi ⁊ teneatur in ſpe bona cum gaudio ⁊ letitia ⁊ annunciatione rerum delectabilium ⁊ preſentia dilectorum ⁊ etiã illorũ qui liberati ſunt a peſtilentia.

¶ Cura quantũ ad medicinalia cõſiſtit in ſex intentionibus. quarum prima eſt alteratio caloris febrilis. ſcđa eſt cõfortatio membrorũ principaliũ maxime cordis ⁊ ſpiritus ⁊ eoruꝫ depuratio. tertia eſt euacuatio materie peccantis. quarta eſt digeſtio ipſius. quinta eſt diuerſio vaporũ a corde ⁊ pororum apertio. ſexta eſt accidentium correctio.

¶ Prime due intentiones complenẽ dãdo in potu trociſcos de camphora cũ acetoſitate citri vt dicit Raſ. decimo Alman. ⁊ quos trociſcos etiã laudat Aui. ⁊ vbi non haberes acetoſitatẽ citri loco eius capiantur aliqui ſucci frigidi vt puta granatorum aceto. ⁊ ſimilium. aut vt vult Auicẽ. detur cum aqua ro. Item ad hanc intentionem conuenit zucharũ ro. confectio triaſanda. ⁊ iſta debent dari a principio vſqꝫ ad finem. nam lꝫ nõ conueniant ſtiptica a principio feb. putride vt vult Auicẽ. in. c. putridarum in generali in feb. tamen peſtilentiali gratia exiccationis humiditatis ſuperflue putrefacte aut apte putrefieri ⁊ gratia etiam putrefactionis membrorũ principaliũ ⁊ ſpirituum cõueniunt dicta ſtiptica. Idem dicit Nicolus ꝙ iſte due prime intentiones nõ ſunt poſtponẽde immo a principio vſqꝫ ad finem impleri debẽt quãtuꝫ eſt poſſibile. Ab extra vero cõuenit epithima factum ex aqua roſata ⁊ aqua bugloſe cũ ſandalis ⁊ in ſumma fiat ſicut dictuꝫ eſt in aliĳs capitulis ⁊ precipue in cura cauſonidis.

¶ Tertia intentio que eſt euacuatio materie cõpletur cũ euacuatione que debet eẽ eradicatiua niſi debilitas virtutis diſſentiret: que vt plurimũ accidit in feb. peſtilentiali ꝑpter venenoſitatẽ materie ex qua virtus debilitatur. ſed vbi virtus permitteret eſſe fiendã eradicatiua ſicut eẽt in materia furioſa fiat. ſufficiat igitur cõſiderata virtutis debilitate euõ minoratiua nõ quidẽ parua ſed ſufficiẽs aut ſaltem quo ad bonam partẽ materie eradicet ſiue talis euacuatio fiat cũ ſlo. ſeu cũ

farmacia:⁊ talis eũo debet fieri cũ medi-
cina reſpiciẽte materiã propriã:⁊ nõ ſolũ
cum medicina leniente qđ ſatis Aui. de-
dit intelligere cũ dixit.opȝ vt incipiatur
in eo ad euacuandum. non dixit lenien-
dum nec digerẽduȝ. cõueniens eſt igitur
euacuatio materie ꝓprie a prin.⁊ non ex
pectata digeſtione. Unde ſi materia fue-
rit ſanguinea aut ſanguini cõmixta fiat
flob. ⁊ primo de baſilica dextra deinde
de ſiniſtra iuxta doctrinam Auicen. vn-
decima tertij cap. de curatione egritudi-
num cordis in generali. nam flobotomia
facta primo ex baſilica dextra euacuat
repletionem exiſtentẽ circa cor. facta vero
ex ſiniſtra euacuat vapores exiſtẽtes cir-
ca cor. debet tamẽ ante flobotomiam pre
mitti cliſtere lenitiuũ ex regula generali
habita ab auctoribus medicine ⁊ preci-
pue ab Auicen. qui vult ꝙ ſtante neceſſi-
tate flobo. ⁊ farmacie ſ. lenitiue premitti
debet farmacia. ſcilicet lenitiua. ⁊ quia
intentione habita ad leniendum cliſteria
ſunt magis dilecta vt Aui. dicit cap. de
cura putridarũ in generali. ideo cliſte-
re lenitiuum primo premittendum eſt.
Si vero materia fuerit alia a ſanguine
aut a ſanguine ſeparata tũc fiat euacua
tio cũ medicinis reſpicientibus materiã
propriam que medicine tamen ſint bene-
dicte vt dicit Nicolus auctoritate Auẽ-
zoar. Unde in materia colerica fiat eua-
cuatio cũ reubarbaro ⁊ mãna. Si vero
fuerit materia flegmatica eũes cũ agari-
co precipue qr attrahit materiam a mem
bris ſpiritualibus. vnde Auicen. in de vi
ribus cordis: cõnumerat agaricum inter
medicinas cordiales. Si vero materia
fuerit melancolica euacuetur cũ ſene po-
lipodio epithimo aut mirabolanis indis
Et ſi materia fuerit aduſta euacuetur cũ
reubarbaro ⁊ fumoterre ⁊ aqua caſei. Et
ſi materia fuerit mixta euacuetur cũ ſen-
ſitiuis medicinis ꝓmiſcendo eas adinui-
cem ſm diuerſitatem materierũ mixtarũ
poſtea minorata materia deueniendũ eſt
ad aliam intentionem vt infra.
Quarta intẽtio eſt digeſtio materie que
remanſit poſt euacuationem minoratiuã
⁊ completur digerẽdo digeſtiua diuerſa
ſm diuerſitatẽ materie taliter tñ ꝙ quod
libet digeſtiuum recipiat acetum vt dicit
Nicolus ⁊ etiã de alijs medicinis reſiſtẽ
tibus putrefactioni de quibus dictũ eſt
ſupra. De digeſtiuis autem conuenienti
bus ſunt ſicut ſirupꝰ de acetoſitate citri
⁊ ſirupus acetoſus ſcilicet quem Fran-
ciſcus de pedemontium ponit pro digeſti
uo ⁊ quem ego facio adminiſtrare fere
in omni materia digerendo. poſtmodum
digeſta materia reſtat euacuare reſiduȝ
eius in totum vel ſm partem vt virtus ꝑ
mittit ⁊ neceſſitas exigit.

¶ Quinta intentio eſt diuerſio materie
ad exteriora que precipue videtur eſſe cõ
ueniens vt vult Auicen. quãdo patiens
deuenit ad hoc vt hipocũdria eius tẽdan
tur ⁊ extrema infrigidentur ⁊ prolongã
tur vigilie ⁊ ſit permixtio mentis ⁊ vide-
mus pectus ⁊ quod eſt ſupra ipſum ele-
uari: tunc aũt dicit neceſſe eſt adminiſtra
re regimen trahens caliditatem ad exte-
riora cum fricationibꝰ ⁊ calefactionibus
⁊ ſimilibus vt diuertantur vapores qui
retinẽtur in mẽbris ſpiritualibus ⁊ alijs
mẽbris interioribus cauſantibus predi-
cta accidentia.

¶ Sexta intẽtio eſt correctio accidentiũ
que ꝓ ſm cõiunguntur cũ febre peſtilen-
tiali. ⁊ iſta ſunt ſicut vermes propter fu-
gam eorum a materia venenoſa ⁊ ꝓpter
eorum generationem ex materia putrefa
cta ⁊ corrupta. Item proſtratio appeti-
tus ꝓpter malas materias ⁊ corruptas
in ſtomacho exiſtentes. Item ſincopis ꝓ
pter deſtructionez ⁊ corruptionẽ ſpirituũ
a materia venenoſa. Si igitur fuerint ver
mes fiat cliſtere ex decoctione ſebeſten.
Itẽ detur decoctio de cornu cerui aduſto
qđ eſt multũ vſuale precipue apud me.
Item conuenit ſorbire aliqđ aceti tẽpore
ſomni ex ſententia Aui. caplo de ſignis
vermium. Si fuerit proſtratio appetitus
fiat ſicut dictuȝ eſt in cura febris flegma
tice. Si fuerit ſincopis fiat ſicut dictum
eſt in ca. de cura febris ſincopalis. ⁊ ſic
eſt finis.

¶ De cura variolarum
⁊ morbillorum.

Cura variolarum ⁊ morbillo
rum qui morbilli apud Aui.
dicuntur variole colerice cō
ſiſtit in duabus intentioni-
bus generalibus. quarū pri
ma eſt circa debitam adminiſtrationem
in ſex rebus non naturalibus. ſecūda eſt
circa medicinalia.

¶ Prima intentio in principio ⁊ ante ap
paritionem earum aer debet eſſe tempe-
ratus aut ad frigiditatem decliuis vbi
inquietudo aut inflammatio eſſet vehe-
mens. cum autem apparere inceperint ⁊
ſimiliter in proceſſu eorū cuſtodiendꝰ eſt
patiens ab aere frigido ⁊ ingeniandum
eſt vt ſtet coopertus cum pānis precipue
coloris rubei maxime de ſcarlata. naꝫ in
eis eſt proprietas extēdendi materias ca
lidas ad exteriora cuꝫ frequenter aſpiciū
tur. non ſit tamē coopertura talis ꝙ gra
uet infirmū aut ipſum debilitet. ſed illud
quod de aere calido dicit̄ cōuenire poſt
apparitioneꝫ earū debet intelligi niſi pa
tienti acciderit tremor ⁊ ſincopis ⁊ cum
magna inflammatione caloris febrilis:
quia tunc ponendus eſſet patiens in aere
frigido vt cor eius temperetur. Cibi ſunt
diuerſificandi ſm diuerſitatem temporū
morbi. nam in principio ante apparitio-
nem earum cōueniunt ſicut lentes excor-
ticate ⁊ decocte cum aceto ptiſana ordei
amilum lactuce cum aceto aut cum agre
ſta portulace cucurbite. ⁊ in dicto tempo
re vitentur carnes ⁊ vitelli ouorum ſorbi
lium donec feb. omnino mitiget̄ vt vult
Raſis vigeſimo continentis: niſi vt dicit
Nicolus caſus virtutis exigeret; quo ca
ſu tunc conceduntur ſed preparentur cuꝫ
agreſta aut ſimilibus acetoſis. Potus
in dicto tempore ſcilicet principij ante ea
rum apparitionē ſit ſicut aqua ordei aut
iulep violatum aut roſa. ⁊ in ſumma con
ueniunt cibi ⁊ potus dicti in cura feb. pe
ſtilentialis. tamē ante cibos dictos con-
uenit preponere aliquos cibos lenientes
vt ſpinachia ⁊ ſimilia vt exhibendo ſicut
caſ. ⁊ mannam ⁊ ſimilia vt puta infuſio-
nem prunorum. nam vt dicit Aui. oportet
vt in principio natura ſit lenis. eſt enim
eius lenitio iuuatiua valde ſicut conſtri-
ctio eſt nociua valde ad hanc intentionē
ſcilicet lenitionem ventris. Ultra predi-
ctas medicinas ſingulariſſime valent ta
marindi qui multū ab auct. commēdati
ſunt in hac cura in intentione euacuatio
nis ⁊ lenitiouis vētris. ⁊ ꝑcipue ab Aui.
quia cum hoc ꝙ ſunt lenitiui ſunt etiam
extinctiui caloris ⁊ ebullitiōis materie
ſedatiui. poſt etiam earū apparitionem ⁊
in tempore declinationis feb. conueniūt
cibi temperati aut ad aliquam calidita-
tem declinantes: vnde tunc conueniunt
carnes auium laudabilium vt pullorum
⁊ pullarum ⁊ ſimilium. laudantur etiaꝫ
tunc vitelli ouorum ſorbilium. Et potus
conueniens per tunc ſit vinum album po
tius ꝗ̃ rubeum vt vult Nicolus quāuis
Frā. de pedemontiū videatur laudare ru
beum. ego autem vtor albo ⁊ adhereo in
hoc opinioni Nicoli quoniaꝫ eſt magis
aperitiuū ⁊ ceteris paribus minus cali-
dum: ⁊ ſit permixtum cum aqua calida
cocta. vinum tamen ante earum appari-
tionem non debet dari ſi patiens poteſt
ab eo excuſari ꝙ ſi non in dicto tempore
ſcꝫ principij ante earum apparitionē ſit
rubeum ⁊ ſtipticuꝫ vt dicit Nicolus. poſt
etiā apparitionem dictorum morbilloruꝫ
⁊ variolarum vitandi ſunt cibi ⁊ potus
leniti. nam vt voluit Raſis. xx. cōtinētis
poſt eorum exitum nullo modo exhiben
dum eſt aliquid mollitiuum: quia ſepe in
fine morbi accidit fluxus ventris vt teſtā
tur aucto. medicine precipue Raſis loco
allegato ⁊ frequenter apud me viſum eſt
in experientia. Motus ⁊ quies. motus tē
peratus ⁊ in aere temperato factus ⁊ vbi
non flant venti in principio morbi ⁊ ſimi
liter in declinatione conuenit. ⁊ ſimiliter
fricatio ſub coopertura pannorum facta
quia poros aperit ⁊ vapores excludit ⁊
materiam ad exituꝫ preparat vt dicit Ni
colus. Somnus ⁊ vigilia. ſomnus ſit tē-
peratus ante apparitionē earū. ſed quan
do incipiunt apparere minuat̄ ſomnus
propter cauſam notam ⁊ augeatur vigi
lia. Inanitio et repletio. vitetur repletio
ſuperflua tam cibi ꝗ̃ potus et vitet̄ coi-
tus. Accidentia animi. vitetur ſollicitu-
do triſtitia ira furor: licet forte aliqualis
ira parua poſt earum apparitionem non
eſſet illaudabilis: ſtudeat tamē pro poſ-

ſe gaudere.
¶Quantum ad medicinalia cura conſiſtit in quattuor intentionibus generalibus quarũ prima eſt ad cãz ſiue materiã morbi. ſecunda eſt ad morbum. tertia eſt ad accidentia applicata. quarta eſt cuſtodia quorundam membrorum a nocumẽto eorum.
¶Prima intentio que eſt ad cauſaz ſiue materiam ſtat in tribus intentionib⁹ quarum prima eſt ad equationem ſiue ad digeſtionẽ materie. ſecunda eſt ad euacuationem eius. tertia eſt ad diuerſionẽ materie ad exteriora.
¶Prima intentio prime intentionis generalis que eſt digeſtio materie diuerſificari debet ſm diuerſitatem temporũ morbi quãtum. ſ. ad principium eius. ſ. ante apparitionem variolarum vel morbilloruz: ꝛ quantum ad temporis proceſſuz ꝛ apparitionẽ earũ. nam ante apparitionẽ earuz ſiru. digeſtiuus qui conuenit debꝫ eſſe ingroſſatiuus materie facientis morbũ ꝛ prohibitiuus ebullitionis materie vnde in caſu iſto ſanguine exiſtente ſubtili ꝛ colerico vel in quo dominat᷑ colera ꝛ proprie in morbillis ꝛ non exiſtente materia furoſa que poſſit expectare digeſtionẽ fiat digeſtio cũ infrigidãtib⁹ et inſpiſſantibus ſanguinem. in quo caſu concedit Auicenna. ſirupum de dactilis imaturis qui ſiru. apꝺ nos nõ reperitur. et iꝺ vt puto loco eius poteſt exhiberi ſirup. de iuiubis aut de ſucco aceto. aut de acetoſitate citri. et iſti duo ſunt multũ vſuales apud modernos practicos. poteſt ẽt dari ſicut ſirupus de ribes aut ſirupus roſa. aut ſirupus de granatis acetoſis ꝛ cuz aquis conuenientib⁹ vt portulace lactuce et ſimilium. Si vero ſanguis fuerit groſſus et etiam precipue ante tempus apparitionis eorũ. in quo caſu Franciſc⁹ de pedemontium cõcedit decoctionẽ feniculi et aniſi. credo ꝙ loco iſtius decoctionis conueniret ſirupus de biſantijs quo ego cõmuniter vtor in caſu iſto ꝛ ſine aceto propter timorem fluxus ventris et excoriationis inteſtinorum. Aque que poſſunt permiſceri cũ dicto ſirupo ſunt ſicut aqua endiuie feniculi et ſimilium.

diuerſificando eas in caliditate maiori aut minori ſm diuerſitatem corporis in cõplexione eorũ. ꝛ ſcꝺm diuerſitatem materie in minori groſſitie: ꝛ ſcꝺm diuerſuz gradum caloris febrilis. ꝛ in caſu iſto. ſ. poſt apparitionem earum ꝛ eorum ꝛc ſimiliter in principio apparitionis eorum ꝛ earum laudatur ab Auicenna inter ceteras medicinas vna decoctio ꝗ eſt multum in vſu apud practicos modernos ꝛ precipue apud me ꝛ que eſt ſecũda ab eo poſita ꝛ que vt dicit expellit caliditatez a partibus cordis ꝛ prohibet pulſuz cordis ꝛ hoc facit expellendo materias ad exteriora. hec tamen exhibitio prouocantium ꝛ aperientiuz debet fieri poſt flobotomiam ſi flobotomia expedit ideſt conſentiat particularia de flobotomia ſiẽda vt virtus etas ꝛc. opꝫ etiam preceſſiſſe lenitionem ventris vt dicit Raſis loco allegato. debent etiam hec prouocatiua diuerſificari ſm intenſionez ꝛ remiſſionem feb. vt ſatis dictũ eſt. ꝛ ſcꝺꝫ diuerſam diſpõnem pororũ corporis in apparitione ꝛ conſtrictione eorum ꝛ ſꝫ diuerſitatez materie in ſubtilitate ꝛ groſſitie eius vt dicit Nicolus.
¶Secunda intentio eſt eũo que quãtũ ad opus ꝛ intentionem medici debet eſſe prima: qꝛ cum materia ſit ſanguinea aut ſanguini cõmixta ꝛ vt preſupponit᷑ apta ꝑ flobotomiã euacuari: ideo ab ea incipiẽendũ eſt niſi natura per ſe euacuet per nares aut hemoroidas aut menſtrua ꝛ ſtãtibus conditionibus requiſitis ꝛ conſentien. ad eam vt virtus etas ꝛc. ꝛ vbi non poſſet fieri flobotomia ponant᷑ ſanguiſuge ꝑprie in natibus ſpatulis ꝛ dorſo vel ponant᷑ vẽtoſe ſuꝑ ſpatulas cum ſcarificatione. ꝛ hoc eſt magis vſuale ꝛ ſecuri⁹. Spatiũ vo tẽporis adqꝺ poſſum⁹ ꝓuẽire ad faciendũ flobotomiã nõ põt punctualiter aſſignari. nã Aui. dicit ꝙ ſpatiũ flobotomie eſt vſqꝫ ad quartũ diem tñ aliquando fit in ſcꝺo die aut tertio aut primo: iꝺ medic⁹ dꝫ eſſe ſollicit⁹ ad flobotomandũ añ eoꝝ appitionẽ qꝛ poſt eoꝝ apparitionẽ nõ ẽ flo. neceſſaria. Et eã Aui. ꝛ raſis ꝑ tũc prohibent niſi vehemẽs furit repletio et dominium materie ſuper

fluentis.dicit Aui. tunc eniȝ flobotoma
tur q̄titate q̄ ericcet.i. educat illud ſuper
fluum ita ꝙ quare videtur velle ꝙ nō ſi
at flobotomia magna ⁊ que flobotomia
videtur conuenire reſpectu cauſe antece
dentis ſolum ⁊ non reſpectu cauſe con
iuncte qui traberetur ad interioꝛa: ⁊ il
lud dicitur de flobotomia.ſcilꝫ.ꝙ ſtante
repletione conuenit flobotomia non ob
ſtante tempoꝛe apparitionis earum ⁊ re
ſpectu materie antecedētis. ideȝ puto eē
dicendum de euacuatione cum farmaco
ſolutiuo reſpiciente materiam pꝛopꝛiam
ſ.colericam ꝑmixtā cum ſan.⁊ que ꝑ flo.
ꝑfecte euacuari non poterit.talis eñ eua
cuatio debet fieri cū facilitate puta cum
manna tamarindis ⁊ ſimilibus pꝛout cō
cedunt auctoꝛes medicine. ⁊ ego multo
tiēs deuenio ad exhibitionē.reu.in infu.
⁊ hoc fuit in magiſtro Carolo de caruis
ſſe phiſici ducis oꝛliēſis ⁊ a paucis dieb⁹
citra dedi in ſubſtantia filie parue Joan
nis de biſcoſſis ⁊ ſic aliter operatus ſuȝ
in alijs. iter ceteras tñ medicinas laudā
tur tamarindi ꝑdicti quia cum ſolutione
ſua ſunt ſedatiui acuitatis materie coleri
ce deſtructiui. ⁊ licet Raſis. x. al. di
cat ꝙ ſummopere cauendum eſt poſt ap
paritionem variolarum ⁊ moꝛbilloꝛum
non detur aliud quod ventrem ſoluat.
hoc vt alia dixi debet intelligi niſi mate
ria ſit ſuperflua ſicut de flo. dictum eſt.⁊
ſic etiam dicit Nicolus. vel alr̄ vt puto
poſſet reſpōderi ꝙ Raſis loquitur de ſo
lutiuo foꝛti euacuando materiam exol
uendo ⁊ hoc ꝑpter timoꝛem fluxus qui
communiter accidit in iſta egritudine vt
dictū eſt ſȝ cū medicinis leuibus non cō
uenit facere eūationē ſiue moꝛbus fuerit
in pꝛincipio ſiue in ꝓceſſu poſt apparitio
nem variolarū ⁊ moꝛbilloꝛuȝ ⁊ pꝛecipue
cū tamarindis.nam in pꝛi. cōpetit talis
eūo cum medicinis leuib⁹ ⁊ lenitiuis ad
educenduȝ mās feculentas inteſtinales
⁊ ad mollificādū venas pꝛimas.i.meſerai
cas. ⁊ in ꝓceſſu ad educēdū mās que re
manſerunt ⁊ non potuerūt ꝑfecte eūari ꝑ
flo. vt ſtatim dictū eſt.nō exiſtēte vero ma
teria ſuꝑflua nullo mō cōpetit eūo cū me
dicinis foꝛtib⁹ nec ēt leuib⁹ in ꝓceſſu poſt
earū apparitionem ita ꝙ ēt pꝛotūc ceſſā
dū eſt ab oī euacuatione.ita ꝙ ēt a cliſte
rijs vt dicit Nicolus qꝛ talia eūantia di
uertūt materiā ad cōtrariū. ⁊ hoc puto
eſſe intelligendū niſi ventri ſtipticitas cō
iungeret̄ qđ rariſſime accidit: immo vt
plurimū cōiungit̄ fluxus ven. quapꝛop
ter in dicto tēpoꝛe.ſ.apparitionis earum
abſtinēdū eſt ab inunctionibus ⁊ empla
ſtris vt dicit Aui. Et ſimiliter intelligē
dū eſt de oppillationib⁹ vt volūt auc. me
dicine ⁊ ꝓcipue Auic. ⁊ hic modus cura
tionis obſeruatur pꝛecipue apud pꝛacti
cos modernos.

¶ Tertia intētio ſiue vltima pꝛime inten
tiōis generalis que eſt diuerſio materie
ad exterioꝛa completur per adminiſtra
tionem rerum calidarū.ſ.aeris cali. aut
ſaltem ad cal. decliuis ⁊ cum inſpectio
ne rerū ru.⁊ cum medicinis ꝓuocantib⁹
de quibus ſupꝛa dictum eſt maxime cum
d.facta ab Auicen.que eſt deſcriptio ſe
cunda de qua facta eſt mētio in digeſtio
ne materie. Ad hāc intentionē valent
ventoſe cum ſcarificatione quas vidi ali
qñ ꝯferre multū maxime in domino An
tonio de barachijs.⁊ Aui. laudat odoꝛa
re crocum ſȝ hoc nō eſt in vſu.⁊ in hoc tē
poꝛe appitionis variolarū ⁊ moꝛbilloꝛū
ꝓhibendus eſt patiēs ab oī re repellente
materiam ad interioꝛa ⁊ oppillāte: ⁊ iō
Aui. ꝓtūc ꝓhibet dictoꝛū adminiſtratio
neȝ que qñqȝ fit in feb. maxime acuta vt
puta ad doꝛſū cū oleo vio. maxie ī pueris
vt dictū fuit de mēte Gen. ſuper capl̄o de
cura putridaꝝ in generali: ꝓpter quam
cām in tꝑe appitionis eoꝝ ꝓhibeo ſemꝑ
adminiſtrationē epitimatum ſuꝑ mēbꝛa
pꝛincipalia que communiter in febꝛibus
adminiſtrari ſolent.nō in adminiſtratio
ne ꝑdictarū medicinaꝝ eſt timoꝛ de ſubi
ta cōſtrictione anhelit⁹ ⁊ de malo fluxu
vētris ⁊ de mictu ſanguinis vt vult Aui.
⁊ ſimiliter Raſis.xviij.continētis.

¶ Secūda intentio pꝛincipalis q̄ eſt ad
moꝛbū.ſ.ad variolas poſt complemētuȝ
apparitionis earum in caſu iſto quinqȝ
ſunt habēde intentiones quibus parum
aut nihil fere eget moꝛbilli. Quaꝝ ꝓma
ē maturatio earum. Secūda poſt earum
maturationē apertio earuȝ. Tertia poſt
aperitionem earum exiccatio ſi fuerint
magne: quia ſi fuerint parue neceſſaria
non eſt talis exiccatio. Quarta eſt vt ſub

ueniatur vlceri ſuccedenti. Quinta ⁊ vltima eſt curatio veſtigioꝛum earum ⁊ cōcauitatis earum.

¶ Pꝛima intentio que eſt maturatio cū pertranſeunt ſeptimā diem vt vult Aui. ⁊ in nona die non complete maturantur opꝫ ꝙ artificialiter pꝛouideat᷑ qđ fit faciendo decoctionem caricarū paſſularū enucleatarum dactiloꝝ pinguiū ⁊ cum dicta decoctione fomentando eas. eſt ēt alia decoctio ſcꝫ maluarū altee fenugreci ſeminis lini ⁊ ſimilium: aut vt voluit Raſ. xviij. conti. ſuffumigetur facies in locis variolarū cum aqua cal. in qua decocta ſit camomilla. ⁊ ego alias feci fieri iſtam. d. in qua infundebantur petie lini ⁊ ſuperponebantur locis variolarum nam vltra iuuamentum maturationis ſequebatur iuuamentum ſedationis doloꝛis earum.

¶ Secunda intentio que eſt eruptio earum poſt maturationē vbi a natura non rumpātur tūc vult Aui. ꝙ hoc fiat artificialiter vt cū acubus aureis pungēdo in duobus aut tribus locis ⁊ auferatur ab eis humiditas fluens cuꝫ coto ⁊ leuiter ipſum applicādo ſine violentia ⁊ cōpꝛeſſione. aut loco puncture dictarum acuum incidantur foꝛpicibus vt quidā faciunt remouendo modicum de pelle earum ne remaneat in eis materia putrida ſed tota ab eis effluat abſq; expꝛeſſione: ⁊ hoc frequēter vidi facere ⁊ talis eruptio ſolum habet fieri in magnis qꝛ parue ſolum indigent exiccatione materierū poſt earum apertionem cuꝫ remanentia multe humiditates ⁊ ſoꝛditiei etiam exiccatione indigent.

¶ Tertia intentio que eſt exiccatio earū fieri pōt multis modis pꝛimo cum aqua ſalis in qua eſt virtus croci vt dicit Auicen. Itē cū aq̄. d. tamariſci lentiū ⁊ roſ. in qua aqua infunditur cotū ponat᷑ ſup eas. hoc enim maturat ⁊ exiccat vt dicit Auic. ⁊ eas cadere facit cū velocitate. talis enim exiccatio vbi fuerit variole magne non dꝫ fieri ante maturationē ſup. ⁊ apertionē qꝛ tunc vehementer augeret doloꝛem vt vult Raſ. loco allegato. ſcꝫ. xviij. conti. Itē ad hāc intentionem exiccatiōis ſuffumigatio facta ex tamariſco eſt iuuatiua valde vt dicit Aui. Item ſi fiat cū oliuarum folijs deſiccat eas vt dicit Raſis loco pꝛeallegato. Ali⁹ modus exiccationis vt vult Auic. fit ꝑ doꝛmitionem patientis ſuꝑ farinam croci milijſabe ⁊ oꝛdei. ⁊ melius vt iſta ponantur implendo culcitrā que ſit rara ex pꝛedictis rebus vt penetret eoꝝ virtus. ⁊ qn̄ querimus exiccationē ꝓtūc vitādū eſt oleū qꝛ eſt malū vt dicit Aui. qꝛ pꝛohibet exiccationē. verūtn̄ facta cōuenient̄i exiccatione vbi coꝛtex variolarū eſſet fedus q̄ remanſiſſet deſuꝑ in modū eſcare inunctio multotiens facta cum oleo communi tepido cū modico croci videtur eſſe cōueniēs. ⁊ hoc remediū ponit᷑ a Raſ. x. Alman. ⁊ ego pluries feci hoc adminiſtrare ⁊ vidi conferre ⁊ ſedare doloꝛē: ⁊ debent pꝛohiberi patientes ne ſcalpent ſe ne remaneant veſtigia rupta ⁊ concauitates vt dicit Nicolus que ſi remāſerint remoueātur ſm modum ſtatim dicendum.

¶ Quarta intentio. ſ. vlceris curatio fit cū vnguento facto ex ceruſa ⁊ albumine oui ⁊ oleo roſ. aut cum vnguento de ceruſa ⁊ litargirio vt dicit Aui.

¶ Quinta intentio. ſ. veſtigioꝝ ⁊ cōcauitatū curatio. ad veſtigia remouenda conuenit aqua ſublimationis pedū vituloꝝ radicū ſerpentarie ⁊ floꝛum fabarū cum aqua roſata aut aqua limonū aut citrāguloꝝ: etiā cōuenit vt dicit Nicolus ⁊ multa alia ſunt ab auctoꝛibus medicine poſita pꝛecipue ab Auicē. ⁊ a Franc. de pedemontiū tā ſimplicia ꝙ̄ cōpoſita de quibus eſſet pꝛolixū narrare. Ad cōcauitates eoꝝ remouendas dicit Fran. de pedemontiū ꝙ ſi remāſerint nō replebuntur qꝛ vlcerauerunt interioꝛa. ſ. cutē ⁊ mirach: que cū ſint de radicantib⁹ mēbꝛis. ſ. ſpermaticis non reſtaurant᷑. Nicolus tn̄ ponit regimen dicens ꝙ adiuuat regimen impinguantium ⁊ inūctio facta ex carne teſtudinū marinarum adustarum ⁊ ſubtiliter tritarum ⁊ mixtarū cum oleo.

¶ Tertia intētio gn̄alis q̄ eſt circa coꝛrectionē accidētiū ꝯiunctoꝝ cū variolis ⁊ moꝛbillis ⁊ lꝫ plures ſint q̄ pn̄t coniūgi de quib⁹ eſſet pꝛolixū narrare tn̄ tangentur ſolū iſta q̄ vt pl̄m euenire ſolent ⁊ de

quibus cura magis eſt adhibenda. que
accidentia ſunt ſicut inflammatio calo-
ris febrilis. ſincopis fluxus ventris pũ-
ctio in plantis pedu3 aut in palmis ma
nuum. Si igiẗ fuerit inflammatio ita·ꝙ
non obſtante dimiſſione rerum calefaciẽ
tium ta3 intus q̄ extra tẽpore apperitio
nis earum ⁊ iſta inflammatio non mino
ratur immo potius augetur poſtq̄ feb.
ceſſauit ſed iterũ redit ſicut prius in quo
caſu tunc redeũdum eſt ad fl'o. ſcilicet ba
ſilice aut vene cõis aut ſaphenaru3. Si
fuerit retentio hemoroidarum aut men-
ſtruoꝝ ⁊ ad adminiſtrationem infrigidã
tium ſunt ſicut dictũ eſt ſupra ⁊ inter ce-
tera ſiru. vio. eſt vtilis in caſu iſto. Si fue
rit fluxus ventris dentur trociſci de ſpo
dio cum ſeminibus acetoſe ⁊ de ſimilibꝰ
vt dicit Raſis in diuiſionibus. Si fuerit
ſincopis curetur ſicut dictum fuit in cu-
ra febris ſincopal'. Si fuerit punctio plã
te pedum aut palme manuum ponãtur
dicta membra aſſidue in aqua calida, vt
dicit Nicolus ⁊ ego vidi multum con-
ferre.

¶ Quarta intentio generalis eſt quorũ
dam membrorum cuſtodia ne ledantur
aut ſi aliqua ex eis fuerint leſa eorum le
ſio remoueatur que ſunt ſicut oculi ſicut
ſepe accidit ne ſc3 incurrant obtalmiam
aut aliquod veſtigium malum in oculis
propter quod frequenter viſum fuit ali-
quos amiſiſſe viſum. Eſt etiam cuſtodiẽ-
dus eger ne incurrat ſquinantiã aut vl-
cus in meri aut aliquam aliã malã egri
tudinem in dictis membris. etiam nares
quandoq; vlcerantur. Item pulmo ⁊ mẽ
bra pectoris ne patiẽs ſuffocetur aut pti
ſim incurrat vel aliquam aliam malam
egritudinem. Si igitur timeamus de le
ſione oculoꝝ omiſſis multis alijs medi-
cinis ab auctoribꝰ medicine poſitis pre-
cipue ab Auicen. conuenit adminiſtrare
aquã ro. in qua ſit infuſum ſumach. hoc
enim remedium a multis auctori. medi-
cine eſt maxime laudatũ precipue a Ra-
ſi ⁊ ab Aui. ⁊ ego vtor aliqñ hoc medica
mine ⁊ ſepe vtor aqua ro. ſiue ſumach ⁊
facio ponere de zucharo candido nec vſ
q; nunc ſum vſus alio medicamine ad
iſtam intentione3 ⁊ facio diſtillare ad in
tra oculos cũ coto infuſo in dicto medi-
camine ⁊ poſtea ponendo liquorẽ ad in-
tra oculum aut cũ penna de plumis. Ad
guttur fiat gargariſma cu3 diamoron ⁊
aqua ro. ⁊ hoc eſt in vſu. aut cum ſucco
granatoru3: ⁊ hoc eſt etiam vſuale ⁊ me-
dicamen ſatis delectabile de quo cõiter
vtuntur principes. Et vbi in gutture eẽt
dolor aut excoriatio eger nõ gargarizet
ſed vt dicit Nicolus potiꝰ paulatine ſu-
gat de dicto medicamine. vnde Auicen.
dicit ꝙ quando patiens conqueritur de
dolore ꝙ tunc lambat de rebus eoꝝ ſci-
licet aliud poſt aliud ad nares ne vlcerẽ
tur. Auicẽ. laudat vt extra fiat epithima
ſuper naſum qð ſit factu3 ex aqua deco
ctionis roſa. ſandal. al. ⁊ rub. etiam con
uenit de dicta decoc. ad intra nares po
nere. Item odorare acetũ ſolũ ⁊ eſt multi
iuuamẽti vt dicit Aui. ⁊ vbi nares eſſent
vlcerate conuenit cerotum factũ ex oleo
vio. dradaganto ⁊ cera vt dicit Raſis.
xix. continentis. Pro pectore ⁊ pro pul
mone ne ledãtur laudatur loch factum
ex lentibus quod non eſt in vſu: ſed loco
eius conuenit diadragantũ vt ponit Ni
colus ⁊ quo ego ſepe vtor. Et ſic eſt finis
de cura febrium ad laude3 Dei ⁊ glorio
ſe virginis Marie. Amen.

F I N I S.

¶Celeberrimi tempeſtate ſua Ceſaris Landulphi: cuius doctrina in florēti Ticinenſi achademia iamdiu refulſit: de curis febrium opuſculum.

¶Cura tertiane pure.

PRo cura recte fienda in tertiana pura primo ſcʒ ponet regimen ſex rerū nō naturalium. ſecundo ponet regimen medicinaliū facientiū ad eandē curā.

¶Incipiendo primo ab aere qui debet eſſe fri. laudatur vt camera ſit locus terraneus ⁊ nō poſita ad intra duos ſolarios. Jn mane aer expellatur qui ſit tempore noctis incluſus cū flabellis ⁊ pannis. ⁊ ſi feneſtre reſpiciant verſus ſeptemtrionem vel verſus orientem aer tunc eſt purior prout eſt ſententia Auicenne ſecunda primi capitulo de cauſis aeris. camera aſpergatur ſepenumero cum aqua frigida aceto ⁊ aqua roſa. camera ſit mūdata a ſuperfluitatibus. ſternantur folia ſalicum ⁊ vitis ⁊ nenufaris ⁊ roſarum. ſed non teneatur in camera in qua manet infirmus cathedra in qua egeritur. aut ſi tenetur non remoueatur fetor cum herbis calidis. Cibi ſint frigidi ⁊ humidi vt lactuca portulaca borago endiuia bugloſa acetoſa. panis ſit īfuſus ī aqua frigida ⁊ exprimatur bis aut ter. Conuenit ptiſana ordeacea iuxta ſententiam Hipocratis laudatur ſuper omne genus ferculi. Si poteſt abſtineat a carnibus: ⁊ ſi non poteſt eligantur carnes facilis digeſtionis vt carnes pullorum aut vitulorum ponendo in ventre pullorum ſemina frigi. aut lactucam agreſtā: ligentur omnia in petia aliqua. Carnes vituli al tereni cum ſuccis frigidis. Jn declinatione conueniunt vitelli ouorum prius in aqua infuſi ⁊ decoquātur in aqua ⁊ aceto. Piſces petroſi prius eliſati ⁊ poſtea aſſentur ⁊ ſuperaſpergantur cum ſucco aranciorum vel limonum. Potus ſit vinum albū pauciferū ⁊ nō vinoſuʒ verſus declinationē miſceat cū aqua cocta ſimplici. Jn principio aut ſtatu bibāt aquā ordei ⁊ aquā zuchari que nō ſolū extinguit ſitim ſed etiā abſtergit. ſi nō vellet cōtentari ſolo potu aque detur de vino albo aut ciſolo. ⁊ ſi iſte hʒ ſtomachū forteʒ ita ꝙ non percepit acetoſationem det cū aqua ordei. Si autē acetoſetur detur cū aqua cocta ſimplici. Somnus extra paroxyſmū conuenit qꝛ infrigidat ⁊ humectat. multe vigilie cauēde ſunt. tempore paroxyſmi nō dormiāt. in declinatione cōuenit. ſed in corporibus multe ſenſibilitatis apud ſtatū cōuenit ꝑut eſt ſententia Aui. c. de cura putridarū in generali. dormiat ſuper matarario aut ſuper lecto ſub quo ſint pelles aut lintheamina duplicata. Motus laborioſus nō conuenit qꝛ inflāmat. quies magis conuenit. vtantur dieta tenui ⁊ nō ſe repleant ꝑut Hippo. ſcdo affo. Corpora nō pura ⁊c. nō tñ famē tollerare dñt. det vnus bolus lactuce vel aliquid ſile. Accñtia animi. caueāt ab ira furore ⁊ rixa. gaudiū ſit tēperatū habitet cū perſonis ſibi gratis ⁊ paucis.

¶Quantum ad medicinalia in principio inſpiciat vrina ſi fuerit ignea citrina ⁊ ſubtilis. Sed ſi fuerit ſatis groſſa cum rubedine clara ꝯſentiente virtute ⁊ aliȷs flobotometur ex vena cephalica. Sed ſi ſentiret magnam inflammationem in hipocundrio dextro conuenientior flobboto. eſſet ex baſilica lenitiuo prius precedente vt. ℞. decoctionis maluarum matrum violarum lib. ȷ. caſſie nouiter extracte. ℥. ȷ. olei viola. ℥. iij. pul. zuchari. ℥. ſe. ſalis communis. ʒ. ij. ſequenti die poſt flobotomiā detur lenitiuum per ſuperius vt. ℞. caſſie nouiter extracte. ʒ. vȷ. tamarindorum ſi infirmus non habeat ſtomachum debilem. ʒ. iij. cum zucharo fiat bolus. Si timeremus debilitatē ſtomachi damus. ʒ. x. caſſie. Si in forma potabili. ℞. caſ. ʒ. x. diſſoluatur cum decoctione communi cui addatur paruʒ ſirupi violati. Tranſeundū eſt poſtmodum ad digeſtiua nō neglectis cliſteribꝰ vt. ℞ ſirupi acetoſi. s. ℥. ȷ. ſirupi de endi. ℥. ſe. aquaꝝ lupulorū en. ⁊ bug. añ. ℥. ȷ. miſce. Endiuia hʒ ꝓprietatē cū epate. lupulus

mundificat ſanguinẽ. bug. cum corde. ⁊
ideo in omnibus ſirupis adminiſtranda
eſt bugloſa. Alij ſirupi ſunt ſirupus vio
latus ſirupus de oxizachara. Et ſi time
remus excoriationẽ inteſtinorũ cũ aceto-
ſo admiſcemus ſirupũ violatum. Et ſi in
firm⁹ habet debilitatẽ ſtomachi aut egri
tudines pectoris: daremus loco ſirupi
acetoſi ſirupum de endi. poſt ſirupũ ace-
toſuz danda eſt aqua ordei. poſt ſirupos
apparenti ſigno digeſtionis danda eſt
medicina ſolutiua vt diafenicon diapru.
ſolutiuũ. electuariũ de ſucco ro. electua-
rium roſatũ Meſue diamãna: cuius de
ſcriptionem ponit Meſue ⁊ in vſu nõ ha
betur. elẽm de pſilio qđ etiã nõ eſt in vſu.
diafe. nõ ſolũ euacuat colerã ſed flegma.
⁊ licet tertiana ſit pura dandũ eſt tñ qꝛ
non euacuat a remotis quia per indige-
ſtionẽ multiplicatur in ſtomacho ⁊ in me
ſeraicis flegma. Compoſitio. ℞. diapru.
non. s. ℥. ß. diafeni. ʒ. ij. electuarij ro. Me
ſue. ℥. j. ß. miſce. ⁊ cum decoctione cõmu-
ni fiat potio. cui addãtur ſirupi vio. ℥. j.
qꝛ iſta ſolutiua inflãmant. Sed ſi ſit di-
ues. ℞. reubarbari. ʒ. iij. ſpice pax infun
dantur in aquis endi. ⁊ bug. añ. quantũ
ſufficit. cui addaẽ manne. ℥. j. aſſumatur
in hora frigidiori diei ⁊ poſt ſex ho. aſſu
mat. ℥. ij. aque ordei cum zucharo ⁊ poſt
horã detur prandiũ leue. Sequenti die.
℞. ſirupi violati. ℥. j. ß. ex infuſione roſa-
rum ſiccarũ. Si intendimus maiorem cõ
fortationẽ ⁊ precipue quãdo euacuatio
fuiſſet multa: facta euacuatione fiat in-
tentio remotionis male cõplexionis vt.
℞. diarodon abbatis aut deſcriptione
cõmuni aut cõfectio triaſan. ʒ. j. per ho-
ras tres ante cibum cum aquis enduie
⁊ cicoree. Epithima. ℞. aque enduie. ℥.
viij. aque roſate. ℥. ij. aceti. ℥. j. triaſanda
lorũ ſpodij ſubtiliter inciſorũ añ. ʒ. ß. in-
fundantur panni aliqualiter calefacti in
manu ⁊ applicãda ſunt per horas duas
ante cibum tempore febris verſus decli-
nationem. ℞. diabugloſati diaboragi-
nati añ. ℥. j. cũ tribus folliculis auri fiat
mixtura q̃ adminiſtreẽ cũ aqua bugloſe.
¶ Pro prouocatione ſomni. ℞. foliorum
ſalicum vitis lactuce añ. M. j. flo. aneti.
M. ß. aneti flores a proprietate prauo-
cant ſomnũ. capitũ papaueris albi groſ
ſo modo combuſtorũ numero ſeptem. ⁊
poſt cibũ per horã cũ dimidia recicipiat
infirmus fumũ eleuatum. Si iſta nõ ſuf-
ficiunt detur. ℥. j. ſe. ſirupi de papauere
cũ aqua ſimplici. aut fiant vnctiones cũ
vngnento populeon aut oleo neufarino.
Pro extinctione ſitis colluatur os cum
aqua frigida aut teneat in ore de dama
ſcenis.

¶ Cura tertiane continue.

CUra hec compleẽ cũ intentio
nibus iam dictis in cura ter
tiane interpollate pure ⁊ cũ
eiſdẽ medicinalibus: ſed for-
tiores ſunt iſte intentiões in
cõtinua q̃ʒ in interpollata. Primo eſt for
tior intentio ad infrigidandũ: qꝛ in ea eſt
maior flãma ⁊ incendiũ maius: ⁊ ideo oz
aerẽ eſſe frigidiorẽ habitãdo in camera
frigidiori in qua ſternanẽ multa folia fri
gida vt ſalicis ⁊ vitis ⁊ nenufaris ⁊ aſ-
perſio aque cuz multa aqua frigida ⁊ cũ
notabili quãtitate aque roſate infunden
do etiã lintheamina in aqua frigida que
appendanẽ ad parietes camere ⁊ ſepe cũ
flabellis renoueẽ aer aperiẽdo feneſtras
⁊ hoſtium in ortu ſolis vt nouus aer fri-
gidus ingrediaẽ. Cibi ſint frigidiores ⁊
ſimiliter potus ⁊c. ideo conuenit maior
quãtitas lactuce portulace cucurbite cũ
aceto vel agreſta. Conuenientior erit ex-
bibitio magne quantitatis potus aque
frigide ⁊ magis debemus ſtudere ad ſub
tiliationẽ diete propter morbum eſſe acu
tiorẽ. ⁊ omnino dimittatur vinum: qđ ſi
concedaẽ ſit valde pauce quãtitatis tem
peratum cũ multa aqua recenti non co-
cta ſi fuerit boni fontis: quoniã aqua ꝑ
decoctionẽ remittiẽ in ſua virtuali frigi-
ditate. ſed vbi dubitamus de nimia eius
mora in ſtomacho: quia aqua frigida
plus figitur ⁊ cocta citius labitur: tunc
temperetur vinum cum aqua cocta que
actualiter ſit frigida. Carnes dimittan-
tur ſi poſſibile eſt. ⁊ ſi dentur ſint multũ
alterate ad frigidum cum agreſta ſucco
limonum non ſalſorum vel aranciorum
aut vino granatoruz faciendo gelatiuas

⁊ alia cibaria cũ rebus frigidis. Foꝛtioꝛ
eſt etiã intentio ad digerẽdũ qꝛ materia
faciens cõtinuã eſt inobedientioꝛ virtuti
cuius ſignũ eſt: qꝛ materia interpollate
expellit extra venas faciẽs continuã nõ
ideo ſi interpollate ſemel exbibet bis vel
exbibebimus ſiru. aceto. in maioꝛi doſi
aut aliũ ſirupum. Intentio pꝛouocandi
vrinã etiam eſt foꝛtioꝛ in cõtinua: qꝛ ſan-
guis vnctuoſus eſt ⁊ plus infectus ⁊ eſt
maioꝛis quãtitatis. ⁊ ideo vbi interpol-
lata ſufficiebat aqua oꝛdei ſubtilis vel
decoctio quattuoꝛ ſeminũ cõmuniũ fri-
gidoꝛũ: in cõtinua vtemur ſirupo aceto.
ſimplici cum decoctione radicis endi. mi-
ſcendo lac quattuoꝛ ſeminũ cõmuniũ fri-
gidoꝛũ vt. ℞. ſiru. acetoſi. s. ʒ. j. ß. aquaꝝ
endi. lupuloꝛum ⁊ bug. añ. ʒ. j. vel emul-
ſionis ſupꝛaſcripte. ʒ. iij. ⁊ iſta pꝛouoca-
tio cõuenit quãdo alique pꝛeceſſerũt leni-
tiones. Intentio in lenicẽdo ventrẽ eſt foꝛ-
tioꝛ: qꝛ feces ſũt magis exiccate ⁊ maioꝛ
timoꝛ de raptu colere verſus ſuden ⁊ p cõ-
ſequẽs de frene. Maioꝛ quãtitas folioꝝ
matrũ vio. cũ maioꝛe quãtitate olei vio.
ponentur in cliſteri vt. ℞. fol. mal. M. j.
matrum vio. M. ij. caſſ. nouiter extracte
ʒ. j. que diſſoluatur in decoctione ſupꝛa-
ſcripta olei vio. ʒ. iiij. Per ſuperius. ℞.
caſſ. nouiter extracte. ʒ. vj. tamarin. ʒ. ß. ſi-
mul tapellẽtur ⁊ cũ zucharo fiat bolus.
In foꝛma potabili. ℞. diapꝛu. non. s. ʒ.
ß. caſ. ʒ. vj. cum decoc. pꝛunoꝝ tamarindo-
rũ fiat potio. a medicinis ſolotiuis maxi
ſeamoneatis caueamus quantũ eſt poſſi-
bile. Et ſi neceſſe eſt euacuamus cum me-
dicina ſolutiua eo ꝙ natura nõ tenet cri-
ſim facere vt. ℞. reubar. ʒ. iij. minutim in-
ciſi infundatur in aqua endi. ⁊ lupuloꝛũ
añ. quantuꝫ ſufficit ⁊ poſt. xij. hoꝛas fiat
foꝛtis expꝛeſſio in qua diſſoluatur mãne
ʒ. j. aut diapꝛu. non ſolu. ʒ. ß. ⁊ ſi non eſſet
copia reubarbari fiat vt infra. ℞. mira-
bo. citrinoꝛum. ʒ. ß. aut. ʒ. vj. contundant
⁊ infundantur in aquis endi. ⁊ lupuloꝛũ
añ. quantum ſufficit cum modico paſſu.
aut gummi arabici ⁊ poſt. xx. aut. xxiiij.
hoꝛas fiat leuiſſima expꝛeſſio olei. adda-
tur diupꝛu. non. s ʒ. ß. ſirupi violati. ʒ. j.
⁊ fiat potio. In die ſequenti exhibeatur
iſte ſirupus. ℞. ſirupi roſa. ʒ. j. ß. aquarũ
endiuie. ʒ. ij. buglo. ʒ. j. De ſloboto. fiat vt
dictum eſt in cura pꝛecedenti. Epithima
vt infra conuenit. ℞. aque roſa. ⁊ acet.
añ. ʒ. ij. aque endi. ʒ. vj. ſandal. omnium
coꝛal. al. ⁊ rub. ſubtiliter pulueriꝫatoꝛuꝫ
añ. ʒ. j. ligni aloes ⁊ gariof. añ. ℈. j. cãpho-
re grana. iiij. croci. ℈. ß. vini albi. ʒ. j. mi-
ſce ⁊ fiat epithima pꝛo coꝛde. Epithima
pꝛo epate ⁊ vnctio pꝛo renibꝰ ⁊ decoctio-
nes ſomnifere ⁊ reliqua talia fiant ſicut
dictum eſt in cura immediate pꝛecedenti

¶ Cura tertiane non pure.

COnſequenter dicendũ eſt de
cura febꝛis tertiane nõ pure
que cauſat ex putredine cole-
ꝑmixte cũ flegmate. ⁊ dicitur
tertiana nota maioꝛis fame
vel cauſat ex admixtione melancolie cuꝫ
flegmate que raro euenit ⁊ dicit minoꝛis
fame: qꝛ fit hec feb. frequẽtius a colera ꝑ-
mixta cum flegmate ꝓpter multitudinẽ
eius ⁊ viſcoſitatẽ ꝙ ambo faciunt flegma
faciliter permiſceri cũ colera ideo de iſta
pꝛincipaliter ponet cura quẽadmodum
ponit Aui. ⁊ pꝛimo ponemus ſuccincte
regimen ſex rerũ nõ naturalium. ſecũdo
ad medicinalia deueniemus. Eligat pꝛi-
mo aer tẽperatus. ⁊ ideo bonum eſt ha-
bitare in camera ſituata inter duo ſola-
ria in qua frequenter: ⁊ maxime in mane
remoueatur aer expellendo aerem vapo-
roſum retentũ tempoꝛe noctis ⁊ nõ opoꝛ-
tet ſternere folia plantarum frigidarum
neqꝫ opꝫ multã facere irroꝛationem cum
aqua frigida ⁊ aqua roſata ſed debet te-
neri camera purgata ⁊ bene mũdificata
a ſoꝛditiebus ita vt aer ſit boni odoꝛis ⁊
non fetidi: ⁊ ideo põt ſuffumigari aliquã-
tulum cum ſandalis citrinis ⁊ modico
coꝛticum granatoꝝ vt. ℞. ſandaloꝛũ ci-
tri. ʒ. ij. coꝛticum citri pulueriꝫent ⁊ infri-
gidentur cum modico cere vel laudani ⁊
fiant foꝛmule ſimiles lupinis quarũ vna
pꝛoijciatur ſuꝑ carbones ignitos in ma-
ne et eleuabitur fumus boni odoꝛis: qui
fumus modico tꝑe in camera retineatur:
remanebit iſte aer boni odoꝛis. ⁊ erit cõ-

fortatiuus cordis. Cibi ſint tēperati qua
les ſunt carnes pullorū hedoruz vitulo-
rum caſtratorū iuuenum perdicum faſia
norū ⁊ auiū paruarū degentiū in vineis
⁊ pratis. Fercula ſint far panis tritus cū
quo poſt eius decoctionem miſceatur vi
tellus oui recētis qui prius ſit alteratus
in aqua ꝑ duas horas vel tres ante. Si-
militer panis de ſemula recenter ⁊ decen
ter coctus infuſus in brodio carnium ſu
praſcriptarū. Inter olera laudatᷣ blitis
bugloſa borago. Uitent oēs piſces. vtan
tur cappar. conditis cum aceto ⁊ modi-
co vini cocti. vtantur brodio cicerum ru.
poteſt concedi brodium caulium nō mul
tum decoctum. Uinum ſit album nō po-
tens vel viuidi coloris mixtum cuz aqua
zuc. ita vt ſit vna pars vini ⁊ due partes
aque. Et licet Aui. vituperet cibationem
fieri ea die in hac febre ideo ſm eū ſolum
in die quietis ⁊ alio die nō. ⁊ hoc ſit ſum
pta tñ indicatione a paroxyſmo qui mul
tum prolongatur in iſta febre. ſumpta tñ
indicatione a conſuetudine moderni tem
poris laudo ꝙ in die quietis bis cibetur
in die autem paroxyſmi cibetur ſemel ho
ra magis quieta vt in declinatione vel
hora quietis in eadem die ſi haberi po
terit cibetur tamen patiens magis ſo-
brie in die afflictionis ꝗ in die quietis.
Dandum eſt enim aliquid conſuetudini
vt fuit ſententia Hippocratis in iſto affo
riſmo. Et quibus ſemel aut bis aut am-
plius ⁊c. Fuit etiā ſententia eiuſdem in ſe
cundo regiminis acutorum. Et non per-
mittas venas inaniri quod dictum ſm
cōiter exponentes intelligitᷣ de morbis
cronicis. ſed qꝛ hec febris eſt cronica igitᷣ
⁊c. Canon tamē eſt obſeruādus. ſ. ꝙ quā
do intendimus cibare egruz cibemus ta
liter ꝙ inter tempus cibationis ⁊ tēpus
paroxyſmi ſit ſpaciū quinq; aut ſex hora
rū. Circa ſomnum ⁊ vigiliā breuiter dici
tur ſicut de alijs dictuz eſt ſupra ꝙ in de
clinatione paroxyſmi conuenit ſomnus
maxime apud ſtatum in corporibus deli
catis. in alijs. tempore paroxyſmi dimit
tat. in die quietis ſit ſomnus equalis vi-
gilie. Circa motū ⁊ quietem laudatur ꝙ
in die quietis deambulent leuiter per ca
meram ſi poſſunt; ⁊ fiant fricationes in
mane cum pannis tepidis incipiendo a
coxis trahendo verſus inferiora deinde
aſcendēdo ad humeros ⁊ ad brachia de
ueniendo ad partes pectoris ⁊ hypo-
cundriorum. ⁊ bene perſpice ſi habeat vē
trē ⁊ hypocūdria tractabilia. vbi ſi eſſent
tenſa fortior requireretur fricatio. de in-
de cum oleo de ſpica ⁊ de camomilla fiat
inunctio circa partes iſtas ⁊ tandē reuer
tendo cum iſtis fricationibus ad coxas
⁊ ad crura. De inanitiōe ⁊ repletione ſa-
tis cōſtat ꝙ groſſior cōpetit ei dieta ꝗ in
tertiana interpollata vel cōtinua lʒ ver-
ſus ſtatū ſit magis ſubtiliāda ꝗ in alijs
temporibus. In accidentibus animi fiat
vt dictum eſt ſupra.

¶ Deueniendo igitur ad medicinalia cū
primo occurrit infirmo inſpiciatur ſi vri-
na ſit rubea ⁊ groſſa: tunc alijs conſen-
tiētibus fiat flobotomia ex baſilica dex
tri lateris: vel ex nigra ſi baſilica haberi
nō poſſit premiſſo tñ cliſteri lenitiuo ſum
mo mane in die quietis ⁊ minime acuto.
Sequenti die exbibeatur ſirupus ad di-
geſtionem materiei vt infra. ℞. ſiru. ace.
ℨ. j. mell' roſa. colati. ℨ. ß. aqua end. lupu.
⁊ bug. aā. ℨ. j. miſ. ⁊ ſumatur duabus vel
tribus vicibus. Et poterit poſtea exhibe
ri minoratiuū ꝑpter multitudinē materi
ei que ſolet in hac feb. peccare: cuius de-
ſcriptio eſt hec. ℞. caſſ. nouiter extracte.
ʒ. vj. diaſinico ʒ. ij. miſce. ⁊ cū zucha. fiat
bolus. vel diſſoluatur cum decoctione cō
muni ⁊ fiat potio que adminiſtretᷣ in au-
rora ⁊ poſt ſex horas vel quinq; damus
lauatiuum vt. ℞. aque ordei. ℨ. viij. pul.
zuc. prime cocte ℨ. j. miſce ⁊ exbibeatᷣ an-
te prandium per horas. v. hoc lauatiuuz
non ſolum conuenit in hac feb. ſed etiam
alijs. laudatur hoc lauatiuū quando ex
hibetur medicina ſcamoneata aut agari
cus vel turbith vel alie medicine fortes:
quia vbi exbiberetur reubar. ſolum aut
mirabolani non eſſet tanta neceſſitas iſti
us lauatiui. Et die ſequēti ſumatur ſiru.
magis aperitiuus et prouocatiuus vt in
fra. ℞. ſirup. de duabus radici. cū aceto
ℨ. j. mellis ro. colati. ℨ. ß. aquaꝝ endi. apij
⁊ bug. aā. ℨ. j. miſ. Iſti ſiru. ſunt continuā
di quattuor aut quinq; diebus. ⁊ in iſtis
diebus interdū debemus vti cliſteribus

acutis aliqualiter: vt. ℞. mal. foliorum
blitis mercurialis an. M. j. furfur. farine
tritici. ℈. iij. ß. cartami groſſo mō contri
ti. ℥. ß. miſ. p deco. de qua accipit. ℥. xij.
ꝛ in ea diſſoluatur caſ. nouiter extracte
hiere Gal. an. ʒ. ij. olei cōis. ℥. iij. pul. zu.
℥. j. ſalis. ℥. ij. ꝛ fiat cliſtere. Et poſt aſſum
ptionem ſirupoꝝ poteſt exhiberi medici
na ſub hac forma. ℞. diacatolicōis qui
euacuat materias aduſtas leniendo. ℥. ß
diaſi. ʒ. ij. electuarij indi. ʒ. j. ß. miſce. ꝛ cū
d. cōi fiat potio q̄ cum debita cuſtodia re
cipiat ſicut relique medici. ſolu. Sequen
ti die fiat vt infra. ℞. ſir. ro. ℥. j. ß. aqua
rum abſynthij bugloſe ꝛ cicoree ana. ℥. j.
miſce. Et ſi feb. pſeueret ordinetur ali⁹ ſi
rupus aperitiuus vt infra. ℞. ſirupi de
biſantijs cū aceto. ℥. j. ſirupi acetoſi cōpo
ſiti facti cum radicibus ꝛ ſeminibus cu
ius deſcriptio habet a Meſue in antido
tario. ℥. ſe. aquarum bugloſe. abſin. ꝛ fe
ni. an. ℥. ſe. miſce. Quo continuato p tres
aut quattuor dies exhibeantur pillule
vt infra. ℞. pillularum aggregatiuarū
ex inuentione propria ipſius Meſue. ℈.
iiij. reformentur pillule. v. ꝛ exhibeant cū
modico aquarū ſiue ſirupis. Iſte pillule
vt teſtat ſunt expertoꝝ iuuamentoꝝ ad
feb. antiquas ꝛ ex diuerſis generatis hu
moribus et educūt ſuperfluitates colere
ꝛ flegmatis ꝛ mlta alia ſequunt iuuamē
ta poſita a Meſue q̄ in hoc caſu ſunt ne
ceſſaria. vel ſi placet poſſumus formare
has pillulas. ℞. pil. aggreg. ℥. j. reubar
bari electi. ℈. j. miſce ꝛ cum ſiru. de biſan
tijs fiant pillule. v. reuba. ponitur in hac
deſcriptione quia facit pro confirmatiōe
ſtomachi ꝛ epatis que ſunt relaxata ꝛ de
bilitata per medicinas precedentes. va
lent etiam ad hanc intentionem tam pil
lule auree Nicolai q̄ pillule auree Me
ſue: ſed mihi magis placent pillule ag
gregatiue. Et quia hec febris vt teſtatur
Auicenna ſolet prolongari ad mēſes vt
duret circa medietatem anni ex qua plō
gatione corpus perducitur ad hidro
piſim debilitato epate. Ideo poſt vſum
medicinarū ſolutiuarū ꝛ ſirupoꝝ bonū
eſt q͂ infirmus vtatur trociſcis de roſis
ꝛ eupatorio vel de reubarbaro vel de ab
ſynthio: quoꝝ omniū deſcriptionē ponit
Meſue. Magis tamē ſunt in vſu trociſ
ci de roſis ꝛ eupatorio ꝛ de reubarbaro
deſcriptio ſit vt infra. ℞. trociſ. de roſis
et eupatorio. ℈. ij. ſubtiliter pulueriꝫent
ꝛ cū ſirupo de biſantijs fiant pillule tres
quas recipiant in aurora cū duabus vel
tribus. ℥. aquarum ſupraſcriptaruꝫ. Si
milis deſcriptio poteſt fieri de trociſcis
de reubarbaro ꝛ ſunt magis calefactiui
ꝛ pūocatiui q̄ trociſci de roſis ꝛ eupa
torio qm̄ in illis de reubarbaro ingredi
tur rubea tinctoꝝ que excellenter eſt ca
lida ꝛ prouocatiua. Habēda eſt bona di
ligentia circa ſtomachum qui ſolet ex lō
gitudine feb. multum debilitari: ꝛ ideo
poteſt fieri inunctio ſm hunc modū. ℞.
olei maſticini. ℥. j. olei de ſpica nardi. ℥.
ß. pul. gario. ʒ. ij. miſce. p vnctione ſtoma
chi ante cibum. Uel poteſt fieri vt infra.
℞. vnguenti ſeu ceroti Gal. emendātis
vitia ſtomachi. ℥. j. ß. ꝛ cum eo inungat
ſtomachus. hui⁹ ceroti deſcriptio habe
tur a Meſue in antidotario. Pro cōfor
tatione omnium mēbroꝝ poteſt fieri cō
fectio vt infra. ℞. ſpecierū diarodon ab
batis. ʒ. j. ſpecieꝝ aromatici roſati deſcri
ptione. Galeni. ʒ. ij. miſce ꝛ cum zucharo
diſſoluto in aquis abſynthij ꝛ buglo. fi
at confectio in morſellis ex quibus acci
piat patiens morſellum vnum pro qualī
bet vice per duas horas vel p tres ante
prandiuꝫ. doſis morſelli eſt. ʒ. ij. Et cum
iſtis omnibus remedijs liberabitur infir
mus ſi deus voluerit.

¶ Cura febris ſanguinis.

IN hac cura ſunt due inten
tiones. prima eſt debiti regi
minis adminiſtratio. ſecun
da eſt medicinalium exhibi
tio.

¶ Quantum ad primam intentionem re
